SPECIMINA SUPPLICATIONUM

EX REGISTRIS VATICANIS

COLLEGIT

P. BRUNO KATTERBACH

O. F. M.

ARCHIVARIUS VATICANUS

Parte I - II

SUBSIDIORUM TABULARII VATICANI

VOLUMEN II EXTRA

(The Vol is an appendix to Vols 45 and 55 of Studi e Testi)



ALMA COLLEGE
208
LIBRARY
15158
Alma, California

ROMAE

EX BYBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

MCMXXVII

25996

IMPRIMATUR.
† Ioseph Palica, Arch. Philipp. Vicesgerens.

P. SANSAINI
Arti Grafiche e Fotomeccaniche
ROMA

PRAEFATIO

In quinquaginta tabulis 57 colligentes specimina sumpta ex registris supplicationum, quae exstant in secretiore Tabulario Vaticano, hac intentione inducti sumus, ut studentibus Scholae palaeographico - diplomaticae Vaticanae sint subsidium ac juvamen, tum etiam, ut qui haecce registra adire velint, se ipsos exercere et facilius praeparare possint. In seligendis tabulis prae oculis habuimus praesertim formularum diversitatem, manuum scribentium varietatem atque officialium in scribendis et corrigendis supplicationibus usus et consuetudines. Qua in re temporis secuti sumus ordinem uti obvium erat. Saeculi XIV. specimina paucas legenti offerunt difficultates, hinc pauca tantum selegimus. Temporibus vero inde ab Eugenio IV. usque ad Alexandrum VI. latius spatium concedere opportunum visum est, quia de pontificatu ad pontificatum difficultates in transcribendis supplicationibus augentur, quin vocari possint insuperabiles, quod haud raro accidit in registris posterioribus. Transcriptionem (excepta data) integram exhibere statuimus, ut cuicumque facilius sit de formulis interpretandis sibimetipsi rationem reddere. Proprietates registrorum omnino transscribendas curavimus.

Quod vero reproductiones attinet, eas inviti deminuimus, ne volumen evaderet incommodum neve pretium nimis augeretur. Volumina juxta novum ordinem a nobis ultimo factum citantur foliaque novis numeris indicantur; procurabimus autem ut quantocius inventarium totius supplicationum registri publici juris fiat.

Hoc volumen est de collectione: « Sussidi per la consultazione dell'Archivio Vaticano », cuius primum volumen jam editum fuit in: « Studi e Testi 45 ». Sed pro suo caractere potius scientifico quam archivistico ponitur in speciali subsidiorum serie « extra ».

Restat ut gratias referamus Angelo Mercati, Tabularii secretioris Vaticani dignissimo praefecto, qui omni qua potuit sollertia et opere et consilio nos adjuvabat.

Romae ex Tabulario Vaticano XIII. kal. dec. MCMXXVI.

P. Bruno Katterbach O. F. M.

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/speciminasupplic0002pbru

INTRODUCTIO

1. **De forma supplicationis originalis.** Supplicatio vel signatura curiae romanae est originalis schedula gratiae concessae per summum pontificem sive per « fiat » sive per « concessum. » Primordia talium supplicationum habentur saeculo XII. et petitiones quidem porrigebantur pontifici, quin in formam officialem redactae fuerint. Attamen jam eodem saeculo XII. prope palatium lateranense mensae inveniebantur eorum, qui ignavis et simplicibus petentibus ad supplicationes redigendas se offerebant. (1) Constat, saeculo XIII. formularium quoddam juxta stilum curiae in usu fuisse, (2) petitiones vero in forma originali ex hoc tempore conservatae non sunt ullae. Supplicationum originalium antiquissima in lucem edita (3) conservatur Barcinone (1305, 7 - 17 oct.). Alias saeculi XIV. supplicationes Remis invenit U. Berlière O. S. B. et quidem quinque signatas per Urbanum V., (4) 21 signatas per Gregorium XI. (5) et 24 per « concessum ». (6) In Tabulario Vaticano istae conservantur: Instr. Misc. 2472 (1364, 17 oct.), 4786, 5256, 5273, 5290, Reg. Aven. 187 f. 116 et aliae quaedam Benedicti XIII. antipapae; ex saec. XV.: Reg. Suppl. 388 f. 317 (Eug. IV.), ib. 434 f. 341 (vide tab. 14) et aliae. (7) Supplicationes saec. XVI. partim inveniuntur in Arm. 40 - 43 et 53 una cum minutis brevium, major vero pars aliarum plurimarum usque ad saec. XIX. exstat in eodem Tabulario Vaticano, quo cum archivo datariae apostolicae pervenerunt.

Supplicatio originalis extenditur in medio folio papyraceo, aliquoties in integro folio. In fronte scriptum est nomen diocesis et in margine impetrationis modus seu res de qua agitur e. g. « per obitum », « si in evidentem », « si neutri » etc. Substantia vel prior pars petitionis incipit: « Beatissime pater ». Post pauca introductionis verba sequitur textus:

---

(1) R. von Heckel, in Miscellanea Francesco Ehrle II (1924) 295 s.

(2) « Libellus de formis peticionum secundum cursum Romanae curiae » auctore cardinali Guala Bichieri (ante 1227). R. von Heckel, in Archiv für Urkundenforschung I (1908) 502 - 510. — Formularium Bonaguidae Arretini cum 12 formulis (Bibl. Vatic. cod. Vat. lat. 2261) edidit I. Teige, in Mittheil. des Instituts für österr. Geschichtsforschung 17 (1896) 410 - 414. — De formulario Aegidii de Fuscarariis tractat E. Göller, Clemens VII. von Avignon. Repertorium Germanicum I (1916) p. 63*. Pro saeculo XIV. habes « quaternum supplicationum » Andreae Sapiti. Cf. I. P. Kirsch, Andreas Sapiti, englischer Prokurator an der Kurie im 14. Iahrh., in Histor. Iahrb. XIV. (1893) 582 ss., necnon formularium Henrici Boucglant. Cf. I. Schwalm, Das Formelbuch des Heinrich Boucglant. An die päpstliche Kurie in Avignon gerichtete Suppliken aus der ersten Hälfte des 14. Iahrh. Hamburg 1910.

(3) H. Finke, Acta Aragonensia III (1923) XXVII ss.

(4) Épaves d' Archives pontificales du 14 siècle. (Revue bénédictine 1907 - 1908) n. 10, 11, 27, 28, 53.

(5) Ib. n. 6 - 9, 12, 16, 18 - 20, 22 - 24, 29, 32, 45, 61, 65, 69, 72 - 74.

(6) Ib. n. 21, 31, 33 - 41, 43, 44, 46 - 51, 54, 55, 57, 63, 71.

(7) F. Steffens, Lat. Palaeographie 117² ; B. Katterbach, in Röm. Quartalschr. XXXI (1924) 186, 190, 192.

« Supplicat sanctitati vestre devotus orator, quatenus... dispensare (restituere, redintegrare, committere etc.) dignemini de gratia speciali ». Tunc habetur formula derogatoria: « Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque cum clausulis opportunis ». In calce huius petitionis pontifex signat per « fiat ut petitur ». Sequitur altera pars clausularum, quae saepius modum expediendi continet quaeque incipit: « Et cum absolutione etc. ». Huic iterum subscribit pontifex per simplex « fiat ». In fine datarius apponit datam hac forma: « Datum Romae apud sanctum Petrum kalendis februarii anno primo ». In fronte apponitur subscriptio unius vel plurium referendariorum inde ab Eugenio IV. usque ad annum quartum Alexandri VII. (1431 - 1658) et aliquoties summarium, (8) quod ab ineunte saec. XVII. habetur in infima parte folii sub parvula data apposita a subdatario insimul cum variis officialium datariae notulis. Postquam datarius datam magnam apposuit, rescindebatur infima pars tamquam plica supplicationis; (9) ab ultimis vero annis Innocentii X. summarium simul cum aliis notulis amplius non abscindebatur forsan ob fraudes subdatarii Francisci Canonici (vulgo Mascambruno) (10) detectas. A tergo supplicationis magister hebdomadarius registri, peracta ab eo revisione textus in registro, magnam litteram « R »(egistrata) scribit et proprium cognomen necnon locum in registro.

Quaecumque supplicatio exarata est lingua latina, solummodo saeculis XIV. et XV. paucae habentur exceptiones. (11) In supplicatione originali multae inveniri possunt correctiones vel deletiones, « dummodo in supplicatione non appareat quantumvis minima rasura, a qua tota dataria semper abhorruit, cum inducat suspicionem fraudis et doli. Unde tolerantur potius multae cassaturae in una supplicatione quam rasura etiam unius litterae ». (12) Hinc in registro notantur rasurae, si quae sunt in originali necnon quaecumque additamenta. (13)

2. **De petitionum praesentatione.** Iam antiquis temporibus (14) sermo est de supplicationibus Romano Pontifici porrectis et quidem vivae vocis oraculo (15) vel forsan etiam in scriptis, prout moris est saeculo XIII. Supplicans vel alius pro eo petitionem tradebat notario datae communis, qui omnes petitiones promovendas simul et semel exhibebat « scriptas in una carta vel etiam in diversis consutis » (16) easque legebat ex ordine coram papa exceptis

(8) Vide tab. 12 - 13. — Alias reproductiones supplicationum originalium habes in: Recueil de facsimilés à l'usage de l'école des chartes II, 67 (a. 1472); N. Likhačev, Pismo Papy Pija piatago k tsariu Ivanu groznomu v sviazi s voprosom o papskikh Breve. Petroburgi 1906 tab. 17 (a. 1461), 15 (a. 1475); F. Steffens, l. c. tab. 117² (a. 1477); Arndt - Tangl, Schrifttafeln tab. 107⁴ (a. 1488); L. Schmitz - Kallenberg, Practica cancellariae apostolicae, Münster 1904 tab. 2 (a. 1556, id est sub Paulo IV., non vero sub Pio IV., ut cl. auctor opinatur p. XVI. Cf. Reg. Suppl. 2904 f. 35' s).

(9) Th. Amydenius, Tractatus de officio et jurisdictione datarii. Venetiis 1654, 491.

(10) Vide quae exponuntur ad tab. 47.

(11) Sub. Clem. VI. U. Berlière, Analecta Vaticano - Belgica I p. XVIII has indicat lingua gallica scriptas: Reg. Suppl. 6 f. 319'; 19 f. 241, 269; sub Innoc. VI. 34 f. 141', 163. Cf. P. Kehr, in Mittheil. des Inst. f. österr. Geschichtsf. 7 (1886) 96. Sub Nic. V. duas invenimus supplicationes in lingua italica: Reg. Suppl. 417 f. 4', 5. Vide tabulas 2 et 10.

(12) Pyrrhus Corradus. Praxis dispensationum apostolicarum. Venetiis 1656, 18. n. 30.

(13) E. g. « Hoc verbum *decem* in originali supplicatione erat in rasura. Io ». Reg. Suppl. 508 f. 26'. — « Correcta fuit petitio per dominum nostrum et ideo est rasura *dispensamus* ». Reg. Suppl. 9 f. 19. — « Constat michi Io(hanni) de Pistorio de rasura *apostolicarum* quam feci de domini nostri precepto ». Reg. Suppl. 10 f. 164'. Vide etiam tabulas 2, 3 b, 32,

(14) S. Löwenfeld, Epistolae Pontificum Romanorum ineditae. Lipsiae 1885 n. 2 - 4, 7 etc.

(15) H. Bresslau, Handbuch der Urkundenlehre II (1915) 2; Löwenfeld l. c. n. 70, 117, 151, 177; Pflugk - Harttung, Acta Pontificum Romanorum inedita. II (1884) n. 78, 84.

(16) M. Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200 - 1500, 54 n. 5. Analysim criticam huius constitutionis instituit R. von Heckel in Miscell. Fr. Ehrle II, 305 ss.

dignitatibus episcopatuum et abbatiarum et dispensationibus illustrium personarum.(17) Inde ab anno 1299 referendarius, quorum primus fuit Petrus Roderici Hispanus,(18) loco notarii omnes petitiones examinandas accipiebat easque pontifici praesentabat referens de singulis vel cubiculariis easdem praesentandas offerebat, si pontifex ita disposuerat.(19) Pontifex « absque bulla aut alia signatura » suum referendarium eligebat, qui vertente saec. XIV. conditiones suas magis magisque amplificavit, tantopere, ut Martini V. tempore iam maximi momenti fuerint referendarii, ut suo loco dicetur.

Pro gratia concedenda petitiones praesentabantur pontifici cum singulares tum plures collectae in rotulis.(20) Supplicationes singulares redactae sunt vel in forma simplicis expositionis (forma consueta), vel cum litteris introductoriis cuiusdam personae sublimis (tab. 2), vel in forma « Motu proprio » (tab. 3b, 12) quin agatur de vero proprio motu. Petentes enim propter certas praerogativas in supplici libello rogabant, ut pontifex sub hac formula concedere vellet gratiam. Quo in casu supplicans non tenebatur « justificare contenta in gratia, perinde ac si papa sciens rescripserit motu proprio ad supplicationem partis ».(21) Qui gratiam motu proprio obtinebat, « reliquis omnibus sub simili motu non habentibus in beneficii assecutione praeferendus erat ». (Mart. V. reg. 82). Iuxta regulam 37 Nicolai V. verba « motus proprii » « in expectativis gratiis excludunt surreptionem ». Iohannes XXII. declaraverat de uno tantum beneficio gratiam fecisse per simplicem responsionem « fiat B », si quis secularis pro uno vel duobus aut tribus vel pluribus beneficiis usque ad certam summam supplicasset (reg. 10); hoc locum non habere statuit Gregorius XI, « quando proprio motu providet vel mandat provideri » (reg. 1). Etiam in casu quo alius praelatus signandi facultatem habet, haec formula invenitur e. g. « Concessum quod expediantur motu proprio et supleantur in registro »;(22) « Concessum motu proprio in presentia domini nostri pape Galeottus Cardinalis S. Petri ad vincula ».(23) Talis concessio « motu proprio » jam in usu fuit sub Ioh. XXII.(24) et invenitur in registris inde a pontificatu Clem. VI.(25) praesertim in petitionibus cardinalium,(26) nepotum, curialium.

Rotuli exeunte saec. XIV. superabant alias supplicationes singulares quoad numerum. Adhuc sub Martino V. sunt in usu, postea vero vix inveniuntur. Praesentabantur in curia vel a principe, vel a cardinali, episcopo vel aliis personis conspicuis vel universitatibus in favo-

---

(17) Tangl, l. c. 65 n. 1. Iuxta Bonaguidam et Aegidium de Fuscarariis « omnes litere beneficiales sunt legende coram domino papa et primo leguntur in petitione, secundo in nota, tertio in litera grossa et aliter transire non sinuntur et sic transeunt per multas manus ». Bibl. Vat. Cod. Borgh. 284 f. 28' b. Quae lectio triplex locum non habebat (saec. XIV.), quando in supplicatione aderat clausula: « quod transeat sine alia lectione ». Vide tab. 1 - 2.

(18) Bresslau l. c. II, 10; W. von Hofmann, Forschungen zur Geschichte der kurialen Behörden I (1914) 69; Göller l. c. 72*.

(19) E. Göller, Die Kubikulare im Dienste der päpstlichen Hofverwaltung, in: Papsttum und Kaisertum, herausgegeben von A. Brackmann 1926, 640.

(20) Ab antipapa Ben. XIII. appellantur « gratiae particulares », « gratiae rotulares. » E. von Ottenthal, Die päpstlichen Kanzleiregeln von Ioh. XXII. bis Nic. V. pag. 135. Cf. Kehr, in Mittheil. d. Inst. f. österr. Geschichtsf. 8, 92 - 97.

(21) Amydenius l. c. 501 n. 84.

(22) Reg. Suppl. 70 f. 225. In margine: « praedicta verba — Concessum usque in finem — sunt de manu domini Vicecancellarii. B. »

(23) Reg. Suppl. 1278 f. 130'.

(24) Schwalm, l. c. p. 14 n. 26 s.

(25) Reg. Suppl. 1 f. 1.

(26) Immo Greg. XI. voluit, « quod in gratiis dominorum cardinalium de beneficiis vacantibus vel certo modo vacaturis qualitates beneficiorum, nisi essent dignitates maiores... pro expressis habeantur et motu proprio facte censeantur, licet in supplicationibus vel in signationibus nihil exprimatur » (reg. 6). Ottenthal l. c. 26.

rem subditorum aut familiarium aut magistrorum et studentium, quo in casu petens in superscriptione rotuli nominabatur e. g. « Rotulus Alfonsi comitis de Trastamara » (tab. 4); « Rotulus pauperum Boemorum et quorundam aliorum » (Reg. Suppl. 12 f. 125-128'), in quo Carolus IV. Bohemorum rex pro 91 personis gratias pontifici concedendas proponit (a. 1346); « Rotulus episcopi Abulen. » (Reg. Suppl. 63 f. 42'); « Rotulus studii Salamantin. » (ib. f. 77-98), qui plus quam 300 petitiones continet (a. 1381); « Rotulus presentatus per Alphonsum nuncium episcopi Toletani » (ib. f. 98). Alii rotuli ab expertis in ipsa curia compositi praesentabantur v. g. « Rotulus compositus per dominum Conseran. » (ib. f. 1-40); « Rotulus expectativarum compositus per dominum P. Chambonis » (ib. f. 59). In rotulo uniebantur etiam plures supplicationes de eadem materia tractantes v. g. « Rotulus magnus consutus de vacantibus » (Reg. Suppl. 272 f. 41 ss.); « Rotulus conclavistarum » 1492, 26 aug. (Reg. Suppl. 957 f. 121). Quod ad numerum petitionum in rotulo contentarum attinet, Clemens VII. antipapa « intellexit esse rotulum ubi sunt sex supplicationes » (reg. 96); sub aliis pontificibus haec regula locum non habuit. (27)

Supplicationum commemorare formam specialem juvat, earum sempe, in quibus clausula « quod sola signatura sufficiat » locum habet (tab.2 9, 32, 44). Originem duxisse videtur ex eo, quod gratia conceditur per signaturam supplicationis, hinc petentes interdum contenti erant concessione facta, quin procurarent litterarum apostolicarum expeditionem. Urb. V. (28) eiusque successores talem abusum damnarunt, attamen inde a Mart. V. (29) et praesertim ab Eug. IV. quaedam gratiae personales addita supradicta clausula concedebantur, uti altare portatile, indulgentiae, confessionalia. (30) Supplicatio signanda scripta erat litteris gothico-humanisticis in pergamena, adjunctis etiam floribus aliisque ornamentis. In fine aderat clausula haec vel similis: « Et quod huiusmodi simplex signatura sufficiat ac si litere apostolice desuper conficerentur concedere dignemini de gratia speciali ». (31) Data raro in hisce supplicationibus exstat, quamvis Innocentius VIII. datam de manu datarii scriptam voluerit. (32) Ab ineunte saec. XVI. praedictae supplicationes in simplici charta scriptae omnino respondent formae supplicationum communi addita tantummodo clausula: « quod sola signatura sufficiat que ubique in judicio et extra plenam fidem faciat, regula contraria non obstante », adjunctis etiam illis verbis: « et iuxta illius tenorem judicari debeat, regula cancellarie disponente quod non nisi secundum literas expeditas iudicetur, nequaquam obstante ». (33) Ratio pro sola signatura adducta haud raro est: « attenta oratorum paupertate », (34) « attento quod in Urbe », (35) « attenta priorum literarum expe-

(27) Vide tab. 4, ubi sunt quattuor. Idem sub Mart. V. in Reg. Suppl. 179, f. 155, 262'.

(28) Reg. 32. Ottenthal p. 21. Sub Greg. XI. ib 29 n. 31; sub Mart. V. ib. 204 n. 86; sub Nic. V. ib. 257 n. 25, 260 n. 39.

(29) Die 26. Nov. 1426 Mart. V. concessit supplicationem cum clausula: « Et quod signatura sanctitatis vestre habeat vim literarum ». Reg. Suppl. 205 f. 56.

(30) W. Erben, Bemalte Bittschriften und Ablassurkunden, in Arch. f. Urkundenf. VIII (1922) 160 n.; B. Katterbach O. F. M., Päpstliche Suppliken mit der Klausel der sola signatura, in Röm. Quartalschr. XXXI (1924) 185 ss. Alias adhuc adjungere possumus supplicationes originales, nempe: Arch. Vat. ACNV. S. Giorgio in Braida 1440, 3. Nov.; Arch. Vat., Instrum. Perusina (Pius II).

31) Reproductiones habes in Iahrb. des Stiftes Klosterneuburg. IV, tab. 4 (Eug. IV), tab. 6 (Iul. II.); N. Likhačev, l. c. tab. 22 (Eug. IV.); L. Schmitz-Kallenberg, in Hohenzollern-Iahrbuch IX (1905) (Sixt. IV); Practica tab. 6 (Innoc. VIII.); A. Brackmann, Papsturkunden tab. 10. a (Innoc. VIII.); Likhačev l. c. tav. 13 (Alex. VI.)

(32) 1488, 22 Mart. Vide: Decisiones seu conclusiones nove et antique dominorum de Rota. Lugduni 1509, 289.

(33) Arch. Vat. Arm. 45, 5 f. 259. Vide etiam tab. 45.

(34) Arch. Vat. Arm. 41, 52 f. 416; Arm. 42, 46 f. 97;

(35) Arch. Vat. Arm. 41, 21 f. 402; 58 f. 247; Arm. 42, 44 f. 21; 40 f. 12; 32 f. 43 etc.

ditione ».(36) Plerumque vero pontifex clausulam delebat una cum alia « et si oratori videbitur litere in forma brevis expediri possint » adjunctis verbis: « Et per breve, » ita ut ab Alex. VI.tempore raro tantum concederetur sola signatura. (37)

3. **De subscriptione vel signatura supplicationis.** – Summus pontifex suam circa supplicationes praesentatas voluntatem exprimit vel per se vel per alium praelatum ad hoc specialiter deputatum. In illo casu pontifex propria manu in fine prioris partis scribit verba: « fiat ut petitur » et in latere alterius: « fiat » simul cum littera initiali proprii nominis, quo vocabatur antequam ad cathedram sancti Petri evectus fuerat.(38) Pro saeculis XVI–XIX. innumerabiles supplicationes originales in Tabulario Vaticano exstantes manu propria pontifices totam subscriptionem scripsisse certos nos reddunt.(39) Concessionis verba non sunt eadem in quocumque casu. E. g. « Habeat altare portatile in forma etiam ante diem. R. » (tab. 1); « Fiat motu proprio de utroque et dispensamus. G. » (tab. 3 b.); « Fiat pro omnibus. G. » (tab. 4). « Committimus episcopo etc. T; » (tab. 10); « Fiat preuia satisfactione. T. » (tab. 11); « Fiat de consensu partium T. » (tab. 12); « Fiat ad vitam et de speciali. T. » « Fiat T. Recipe datarie » (tab. 13); « Fiat in forma. A. » (tab. 16 a.) « Fiat et commitatur si bene factum sit. A. » (tab. 16 b.) « Fiat quo ad preterita. A. » (tab. 20); « Fiat de septem annis et totidem quadragenis in festis cancellarie. A. » (tab. 23); « Fiat si non obtinuit. A. » (tab. 24); « Fiat ut petitur si in evidentem et commitatur. A. » (tab. 27); « Fiat ut petitur de expectatiuis pro omnibus. F. » (tab. 34); « Fiat ut petitur quatenus sint in usu. R. » (tab. 41 a).(40)

Littera initialis, qua utebantur pontifices in subscribendis supplicationibus est una, sex vero pontifices duas scripserunt litteras. En elenchum usque ad Pium VII.:

Iohannes XXII. (Iacobus Andreas Deuza 1317-34) B (41)
Benedictus XII. (Iacobus Fournier 1334-42) B (42)
Clemens VI. (Petrus Rogerii 1342-52) R (43)
Innocentius VI. (Stephanus Auberti 1352-62) G
Urbanus V. (Guglielmus Grimoaldi 1362-70) B
Gregorius XI. (Petrus Rogerii 1370 — 78) R (44)
Urbanus VI. (Bartholomaeus Prignani 1378 — 89)
Bonifatius IX. (Petrus Tomacelli 1389-1404) P (45)
Innocentius VII. (Cosmas de Melioratis 1404-1406) C
Gregorius XII. (Angelus Corrario 1406-1415)

---

(36) Arch. Vat. Arm. 41, 65 f. 215; 66 f. 259.

(37) Quaestionem, an probet et quid operetur sola signatura absque litteris tractat Amydenius l. c. 492 ss.

(38) Exceptis praedecessoribus Bonifatii IX.

(39) W. von Hofmann, l. c. I, 72 hac de re dubitavit dicens: « Im Durchschnitt, d. h. in den gewöhnlichen Fällen unterzeichnete also, darf man annehmen, der Papst die Supplik nicht mehr selbst. »

(40) In Reg. Suppl. 1883 f. 280' habetur responsio: « Placet sacro collegio nomine domini nostri pape L. Cardinalis Campegius ».

(41) Ottenthal l. c. p. 2 reg. 3, 5 etc.

(42) Ottenthal l. c. p. 9 n. 3.

(43) Ab hoc pontifice usque ad Pium VII. in promptu sunt registra supplicationum, quibus ad conficiendum hunc elenchum usi sumus. Desunt registra Greg. XI., Urb. VI., Ben. IX. (excepto volumine, quod conservatur in bibliotheca Eistettensi); Greg. XII., Alex. V., Ioh. XXIII.

(44) Ottenthal l. c. p. 31. reg. 40

(45) Theodoricus de Niem, De schismate (Ed. Erler) 136 n. 11.

Clem. VII. antipapa (Robertus Gebennensis 1378-94) G
Bened. XIII. „ (Petrus de Luna 1394-1417)
Alex. V. „ (Petrus Philargi 1409-10)
Ioh. XXIII. „ (Balthasar Cossa 1410-15)
Martinus V. (Otto Colonna 1417-31) O
Eugenius IV. (Gabriel Condulmer 1431-47) G
Nicolaus V. (Thomas Parentucelli 1447-55) T
Calixtus III. (Alphonsus Borja 1455-58) A
Pius II. (Aeneas [Enea] Silvius Piccolomini 1458-64) E
Paulus II. (Petrus Barbo 1464-71) P.
Sixtus IV. (Franciscus della Rovere 1471-84) F
Innocentius. VIII. (Ioh. Bapt. Cibò 1484-92) I (46)
Alexander VI. (Rodericus Borja 1492-1503) R
Pius III. (Franciscus Piccolomini 1503) F
Iulius II. (Iulianus della Rovere 1503-13) I
Leo X. (Iohannes Medici 1513-21) I
Hadrianus VI. (Adrianus Florent 1522-23) A
Clemens VII. (Iulius Medici 1523-34) I
Paulus III. (Alexander Farnese 1534-49) A
Iulius III. (Ioh. Mar. del Monte 1550-55) I
Marcellus II. (Marcellus Cervinus 1555) (47)
Paulus IV. (Ioh. Petrus Caraffa 1555-59) I
Pius IV. (Ioh. Angelus Medici 1559-65) I
Pius V. (Michael Ghislieri 1566-72) M
Gregorius XIII. (Ugo Buoncompagni 1572-85) V
Sixtus V. (Felix Peretti 1585-1590) F
Urbanus VII. (Ioh. Bapt. Castagna 1590)
Gregorius XIV. (Nicolaus Sfondrati 1590-91) N
Innocentius IX. Ioh. Ant. Facchinetti 1591) I
Clemens VIII. (Hippolytus Aldobrandini 1592-1605) Hi
Leo XI. (Alexander Medici 1605) A
Paulus V. (Camillus Borghese 1605-1621) C
Gregorius XV. (Alexander Ludovisi 1621-23) A
Urbanus VIII. (Maffaeus Barberini 1623-44) M
Innocentius XI. (Ioh. Bapt. Pamphilj 1644-55) I
Alexander VII. (Fabius Chigi 1655-67) F
Clemens IX. (Iulius Rospigliosi 1667-69) I
„ X. (Aemilius [Emilio] Altieri 1670-76) E
Innocentius XI. (Benedictus Odescalchi 1676-89) B
Alexander VIII. (Petrus Ottoboni 1689-91) P
Innocentius XII. (Antonius Pignatelli 1691-1700) A
Clemens XI. (Ioh. Franciscus Albani 1700-21) I F
Innocentius XIII. (Michael Angelus dei Conti 1721-24) MA

---

(46) In initio sui pontificatus (Reg. Suppl. 840) Innoc. VIII. subscribit etiam « Io » vel « Io Bapt ».
(47) Unum tantum volumen exstat nec ulla in eo invenitur subscriptio papae.

Benedictus XIII. (Vincentius Mar. Orsini 1724-30) VM
Clemens XIII. (Laurentius Corsini 1730-40) L
Benedictus XIV. (Prosper Lambertini 1740-58) P
Clemens VIII. (Carolus Rezzonico 1758-69) C.
„ XIV. (Ioh. Antonius Ganganelli 1769-74) L (48)
Pius VI. (Ioh. Antonius Braschi 1775-99) I A
Pius VII (Greg. Barnab. Chiaramonti 1800-1823) GD

Pontifex ea quae in supplici libello continebantur non concedebat, nisi praevio diligenti examine. Hinc quae concedere nolebat, in originali supplicatione delebat (49) aut totam supplicationem annullabat vel dilaniabat (50) vel additionibus, ut supra dictum est ,sensum concessionis restringebat vel ampliabat. Innocentium VI. rogavit episcopus Cameracen., ut vellet « renovare gratiam eidem episcopo ultimo factam super non residentia familiarium seu clericorum suorum. » Pontifex simpliciter respondit: « Non recordamur fecisse ».(51) Martinus V. cuidam supplicationi subscribit: « Fiat ut petitur etiam de data. O. », et in margine corrector registri adjungit: « ista clausula fuit de manu pape et mandavit, quod de ista clausula non detur copia neque sumptum ».(52)

Auctis laboribus multiplicatisque negotiis in curia Romana fieri non poterat, ut pontifex solus tractaret innumerabiles supplicationes praesentatas responderetque ad illas. Hinc vicecancellarius (53) ex suo officio, eoque absente regens cancellariae certas supplicationes signare poterat per « Concessum » vel « Concessum ut petitur » data adjuncta. E. g. « Concessum Avinion. non. Iul. a. 7. » (Reg. Suppl. 67 f. 1). Franciscus Meez regens cancellariae a. 1424 primus addidit litteram initialem proprii nominis: « Concessum F. abbas » et postea « F. Gebennen. ». Post pontificatum Martini V. raro tantum invenitur signatura vicecancellarii; nempe Francisci Condulmer sub Nic. V. (Reg. Suppl. 415) et Roderici Borja sub Cal. III. usque ad Sixtum IV. (54) In proprio registrorum quinterno vel volumine colligebantur supplicationes signatae per vicecancellarium vel regentem cancellariae; mortuo vero Sixto IV. cessant huiusmodi registra, cessante signatura vicecancellarii.

Maioris momenti est signatura referendariorum, quae sub Eugenio IV. incipit quaeque se ita evolvit, ut paulo post exsistat signatura communis et jam saeculo XV. duplex

---

(48) In religiosa conventualium familia vocabatur Laurentius.

(49) Vide tab. 13, 32, 33. Multae adnotationes in registrorum margine testantur, pontificem quaedam delevisse e. g. « Ita cancellatum et signatum in originali per dominum nostrum papam ». Reg. Suppl. 70 f. 186'.

(50) Vide tab. 1.

(51) Reg. Suppl. 31 f. 112.

(52) Reg. Suppl. 151 f 191'.

(53) « Cancellata in supplicatione de manu vicecancellarii et de precepto suo in registro ». Reg. Suppl. 1 f. 136'. — « Correcta de mandato domini nostri facto domino vicecancellario prout ipse signavit post concessum XIII. kal. maii. » Reg. Suppl. 6 f. 278. — « Cassata de mandato domini vicecancellarii, qui habet aliam gratiam pro isto ». Reg. Suppl. 9 f. 34. — « Cancellata de mandato vicecancellarii, quia iste habuit aliam gratiam vel collationem episcopi Ispalen. super qua bullavit ». Reg. Suppl. 63 f. 97'. — « Concessum, quod si iste concurrat cum alio in data, quod ille qui est de partibus oriundus, alteri preferatur, Avinion. 9. kal. maii a. tertio. Predicta verba sunt posita in originali de manu domini vicecancellarii postquam supplicatio fuit signata et registrata et hic etiam posita sunt de mandato ipsius domini vicecancellarii ». Reg. Suppl. 61 f. 71'.

(54) Reg. Suppl. 500 (Cal. III); 510, 523, 533, 543, 556 (Pius II); 576, 600 (Paul. II.); 696 (Sixt. IV.) Eodem modo signant regentes cancellariae: sub Eug. IV. Blasius Molino (B. Graden.) anno primo (Reg. Suppl. 266 et 269); Iohannes Iuvenis (Morinen.) a. septimo et octavo (Reg. Suppl. 334 et 346); sub Cal. III. Ioh. de Mella (Io. Zamoren.) a. primo (Reg. Supp. 481). Pro vicecancellario subscribunt Baptista Malatesta (M. Camerin.) anno tertio Calisti III. (Reg. Suppl. 500 f. 202') et sub Pio II. Alvarus Alfonsi (Reg. Suppl. 556).

via, signatura gratiae et signatura commissionum, pontificem in examinandis et subscribendis supplicationibus adjuvet. Schismate occidentali enim exstincto, referendarii tantam vim ac facultatem sibi procuraverant, ut ipsi revisores petitionum a vicecancellario signandarum fierent hisque supplicationibus apponerent nomen proprium et quidem unus eorundem referendariorum vel duo (Mart. V. reg. 148, 98, 112) vel etiam tres (reg. 121) secundum materiae diversitatem aut momentum. (55) Inde ab initio sui pontificatus Eugenius IV. uni vel alteri ex referendariis signandi facultatem concessit imprimis Blasio patriarchae Aquilejensi (B. Graden.), deinde (1434) Christophoro de Sancto Marcello (C. Cervien., C. Ariminen.), Iohanni de Mella (postea Io. Zamoren.) et Io. abbati. Referendarius semper pontifice praesente signavit, hinc concessionis formula usque ad Pium VII. haec est; « Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape »,(56) exceptis in casu particulari additamentis vel varietatibus. E. g. «Placet domino nostro pape. C. Ariminen.» (Reg. Suppl. 405 f. 108'); « Concessum per seipsum in presentia d. n. pape. C. Ariminen.» (Reg. Suppl. 349 f. 155'); « Concessum in studio in presentia d. n. pape. C. Ariminen.» (ib. f. 188', 200', 269', 293' s.); « Concessum motu proprio in presentia d. n. pape. C. Ariminen ». (ib. f. 100'). Supplicationes per referendarium signatae non registrantur in volumine proprio « per concessum », sicut illae per vicecancellarium signatae, sed simul cum aliis per pontificem signatis. Sub Pio II. et Paulo II. referendarius signandi facultate praeditus subscribit et commissionibus et supplicationibus; sub Sixto IV. vero jam habentur initia specialis commissionum signaturae (57) et ab anno secundo Alexandri VI. utrique signaturae, gratiae nempe et commissionum, proprius praeest praefectus. (58) De modo expeditionis commissionum animadvertendum videtur, a Sixto IV. ad Sixtum V. in fine earundem semper adesse clausulam: « Et per breve hac supplicatione introclusa. » (tab. 42).

Per modum corollarii pauca addere liceat de signatura cardinalis legati vel nuntii apostolici, (59) quibus supplicationes praesentabantur. Iuxta Ludovicum Gomes legatus de latere « non signat sicut cardinalis habens signaturam, sed sicut papa ».(60) Rebuffus vero dicit, legatum non nisi a papa concessum illi fuerit, uti posse verbo fiat. (61) In registro « expeditionum factarum per Rev.mum dom. Iohannem Moronum episcopum Mutinen. nuntium apostolicum in Germania cum potestate legati de latere sub Paulo III. 1542 » invenitur supplicatio cum signatura: « Concessum ut petitur Iohannes episcopus Mutinen. nuntius apostolicus cum potestate legati de latere ».(62) Eodem modo subscribit Petrus Bertanus: « Concessum ut petitur P. episcopus Fanen. nuntius apostolicus ».(63) Nec Hippolytus cardinalis Medici, legatus in Germania 1532, signat per « fiat » sed: « concessum ut petitur Hippolitus card. Medici legatus. » Sequitur clausula: « Ac per literas p(aternitatis) v(estre) hac supplicatione introclusa. Concessum Hippolitus legatus ».(64)

---

(55) Idem valet sub Eug. IV. (reg. 90 et 97). Una vice invenimus sex referendarios. Reg. Suppl. 118 f. 25.

(56) Vide tabulas 6-9, 28, 30-32, 35, 36, 38, 39, 42, 43, 49.

(57) Commissiones signant: Pe. Tirasonen. (Petrus Ferriz), postea Pe. Salernitan. (Petrus de Rocha), A. Alerien. (Ardicinus della Porta) et in ultimo Sixti IV. anno Io. Card. Novarien. (Ioh. Arcimboldus). Sub Innoc. VIII. idem Ioh. Arcimboldus, interim factus cardinalis Mediolanen., signaturae commissionum praeest usque ad a. 1486., postea Ardicinus della Porta (A. Alerien., A. Card. Alerien.) Cf. v. Hofmann l. c. II, 133.

(58) Elenchum praefectorum utriusque signaturae omniumque praelatorum jus signandi habentium mox publicamus.

(59) Schmitz-Kallenberg, Practica p. XVIII sq.

(60) Commentaria in regulas cancellariae. Lugduni 1545, 314.

(61) Praxis beneficiorum. 1554, 115.

(62) Arch. Vat. Miscell. Arm. I, 4 f. 92.

(63) Schmitz-Kallenberg, Practica tab. 2.

(64) Reg. Suppl. 2132 f. 260.

4. **De data supplicationis.** Supplicationi signatae data apponebatur, quae haud parvi censenda est, quia signaturam complet eamque chronologice determinat et in litteris apostolicis reproducitur. Iam temporibus Ioh. XXII. supplicationes data muniuntur,(65) qua dies concessionis peractae per signaturam indicatur. Non pauci vero petentes propter consequentias juridicas datam anteriorem scriptam voluerunt, nam « priores in data reliquis paribus sint potiores in jure ».(66) Hinc in supplicationum clausulis haud semel sic dictam antidatam expostularunt.(67) Pro diversa petentium conditione et dignitate rotulum Universitatis Salamantinae Clem. VII. antipapa a. 1381 signavit: « pro graduatis quarto kal., pro non graduatis, qui tanto tempore audiverunt et legerunt quod ad gradum sufficeret, tertio kal., pro ceteris pridie kal. Junii a. tertio ».(68) Datam jam scriptam etiam correctam voluere petentes et tam in originali quam in registro similes correctiones occurrunt.(69)

Saeculis XIV. et XV. datam apposuit modo vicecancellarius simul cum signatura, qui et correctiones in registris fieri jussit,(70) modo alius praelatus, prout notae marginales in registris testantur. E. g. « Ista addicio erat in quadam sedula scripta prime supplicationi annexa et manu domini pape signata ac per me A(rnaldum) Electum Agathen. datata. Sy. de Vares. » Reg. Suppl. 27, f. 79'; « Ista data sic fuit mutata in originali per dominum archidiaconum datatorem et hic de mandato suo G. » Reg. Suppl. 60, f. 6 (tab. 3b). Modo datam scripsit unus ex praelatis cubiculariis.(71) Officium datarii saeculo XIV. nondum exsistit,(72) et praelatus cui data scribenda committitur, vocatur « ille qui databit » et postea « datator. » Ab ineunte vero saeculo XV. constitutum est officium datarii et sub Martino V. Johannes de Feys primus est qui nomine datarii vocatur,(73) quo praesente supplicationes signabantur statimque data muniebantur ab eodem datario.(74) Cosmas Monserraten. datarii munus ita augebat et ampliabat, ut etiam competens fieret pro compositionibus solvendis.(75) Omnes insuper supplicationes promovendae in dataria colligebantur et a saeculo XV. exeunte registrum supplicationum suberat auctoritati datarii.(76) Inde a Benedicto XIV. tum datarius tum card. prodatarius, tum subdatarius etiam supplicationes signandi facultate gaudent et saepe quidem « ex delegatione apostolica » vel « de speciali mandato ».(77)

---

(65) Reg. 42. I. Teige, in Mittheil. d. Inst. f. österr. Geschichtsf. 17 (1896) 429. Vide etiam supplicationes in registro Andreae Sapiti apud I. P. Kirsch, in Hist. Iahrb. 14, 587 ss.

(66) Amydenius l. c. c. VI p. 30 n. 3.

(67) Vide tab. 34.

(68) Reg. Suppl. 63 f. 98'. Prius in originali scriptum erat: « secundo kal. Junii »; correctum fuit in: « quinto kal. » et iterum mutatum in datam supradictam. Plura exempla habes apud Berlière, Anal. Vat. - Belg. I. n. 51, 224, 252, 334, 521, 1468, 1635 sub Clem. VI.; sub Greg. XI. vide v. Hofmann l. c. I, 82; sub Clem. VII. antipapa apud K. Hanquet, Anal. Vat. - Belg. VIII n. 1872 - 2019, 1421 - 1681.

(69) Vide tab. 3 b.

(70) A. Fierens, Anal. Vat. - Belg. VII n. 153, 159, 168, 170 182, 261, 368, 375; Hanquet ib. VIII n. 463, 1233 - 1253, Vide Göller, Clem. VII. p. 78* s.

(71) Göller, Die Kubikulare p. 640 s.

(72) v. Hofmann l. c. I, 80 s.; L. Celier, Les dataires du XV. siècle. Paris 1910, 76 s.

(73) H. Bresslau, Handbuch II, 114.

(74) Datariorum seriem vide apud Celier, Les dataires p. 26 - 70; v. Hofmann l. c. II, 98 - 104; Moroni, Dizionario XIX, 129; Riganti, Commentaria in regulas, constitutiones et ordinationes cancellariae apostolicae I (1744) 16 ss.

(75) v. Hofmann, l. c. I, 86 ss.; E. Göller, Die päpstliche Pönitentiarie II (1911) 78 s.

(76) Tangl, Kanzleiordnungen 428, 389 s.

(77) Vide tab. 50.

5. **De supplicationum variis formulis.** Materia supplicationum sunt omnes gratiae, quae se referunt ad beneficia ecclesiastica exceptis dignitatibus maioribus abbatiarum et episcopatuum, vel absolutiones, commendae, coadjutoriae, commissiones per breve, commutationes, concessiones, confirmationes, dispensationes, derogationes, erectiones, indulta, indulgentiae, licentiae etc. Ex tabularum serie magna iam elucet formularum varietas. Longum est, dissertationem hisce de formulis texere. Antiquorum sufficiat laudare opera, quae magna rerum cognitione et studio variis de formulis tractarunt easque vel partem earundem explicarunt quae sunt: P. Rebuffus, Praxis beneficiorum. Venetiis 1554, Lugdumi 1580, Coloniae 1610; Th. Amydenius, Tractatus de officio et jurisdictione datarii et de stylo datariae. Venetiis 1654; Pyrrhus Corradus, Praxis dispensationum apostolicarum. Venetiis 1699[6]; idem, Praxis beneficiaria, Venetiis 1735; L. Gomes, Commentaria in regulas cancellariae judiciales. Venetiis 1540; I. A. Chokier, Commentaria in regulas cancellariae apostolicae. Coloniae 1675; I. B. Riganti, Commentaria in regulas, costitutiones et ordinationes cancellariae apostolicae. Romae 1744 - 1747 (4 voll.) — Unam formulam (novam provisionem) explicat « Practica cancellariae apostolicae saeculi XV. exeuntis » Ed. L. Schmitz - Kallenberg p. 1 - 15.

6. **De registris supplicationum.** 7023 voluminum est series registrorum ab anno 1342 - 1823, quae hodie in secretiore Tabulario Vaticano exsistit. Omnia volumina sunt cartacea paucisque exceptis ejusdem sunt mensurae (42 × 29 cm.). Registra a Martino V. usque ad Pium VII. (1823) conservabantur in datariae apostolicae archivo, a quo anno 1892 ad Archivum Vaticanum translata sunt. Sic in nova serie tum saeculi XIV. volumina, quae jam diu in Archivo Vaticano exstabant, tum illa Martini V. ejusque successorum in unum sunt congregata. Annis proxime elapsis novum eorundem registrorum ordinem instituentes, quodcumque volumen in proprio juxta primitivum ordinem reposuimus loco, proximeque totius seriei publicabitur inventarium.

Ab anno 1417 volumina quindecim constare solent fasciculis, qui viginti componuntur foliis et modo quaterni,(78) modo quinterni vocantur. Aliquoties in fine quinterni duo vel plura folia adduntur, aliquoties foliorum numerus non est completus, ablatis scilicet in fine quinterni uno vel pluribus foliis. Interdum textus supplicationis jam coeptae deletur, ut non excedat quinterni limites.(79) Clerici hebdomadarii, qui officio distributoris fungitur, est, singulos quinternos scribendos inter scribas registri distribuere, qua ex causa cuique quinterno suam in fronte praemittit inscriptionem, datam diei quo incipitur, numerum foliis inscribit et ab anno 1480 a sinistris nomen scriptoris, cui quinternus traditur scribendus.(80) Etsi quae de distributore diximus regula est, tamen magnam eiusdem negligentiam pro temporum varietate accusare oportet; vel quinterni inscriptionem omisit, quae hoc casu a scriba quinterni scribebatur (tab. 31), vel datum vel nomen scribae, vel in foliorum numeris non raro erravit. Usque ad saec. XVI., ut spatium adsit pro notis correctoris adjungendis, scriptor utrimque marginibus continetur, postea communiter a latere sinistro tantum. Cuiuscumque supplicationis textus(81) integraliter in registro transcribitur, prout datarius Silvius Passerinus 1514 - 1517 scriptorum memoriae denuo inculcavit; supplicationes sibi distributas

---

(78) E. g. Reg. Suppl. 106 f. 61 (quaternus), f. 81 (quinternus).

(79) Reg. Suppl. 270 f. 77: « iste tres supplicationes sunt cassate, quia non poterant continuari propter finem quinterni et longitudinem rotuli ». Altera adnotatio invenitur in fine rotuli: « Cassate et alibi registrate ». f. 79.

(80) Vide tabulas 9 a, 17, 30, 40, 44 - 46, 48 - 50.

(81) Cf. tab. 13 cum tab 14.

« de verbo ad verbum intelligibiliter et non per cifras cum eorum data et signaturis scribat iuxta ordinem distributionis ».[82] Qua de causa facile explicantur lacunae in textu registri exsistentes adjuncta adnotatione marginali: « tale spatium habetur in originali » (tab. 8), vel verba deleta cum nota: « sic in originali » (tab. 32), « Cassatum in originali » (tab. 33), « Cassatum et positum prout in originali de mandato reverendissimi d. A. card. s. praxedis per me danielem de Azelio » (tab. 41 b). Nomen referendarii in summitate supplicationis a latere dextero scribitur.

Correctiones et additamenta multa in supplicationum registris inveniuntur; magistri enim hebdomadarii erat, totum examinare quinternum et corrigere quae corrigenda erant: « audiant de verbo ad verbum totius supplicationis tenorem et quae eis leguntur, occulata fide accurate perspiciant, ...quod neque supplicatio originalis a registro neque registrum a sumpto ullatenus umquam discordent ».[83] Ad vitandas insuper cuiuscumque generis fraudes: « is, qui supplicationes registravit non auscultet eas cum auscultatoribus seu magistris, sed per alium sue et ab ipso aliene registrationes auscultentur; alienos enim errores facilius corrigent quam proprios ».[84] Magister vel qui de mandato speciali in registro correctoris officio functus est, proprium nomen vel saltem initialem litteram proprii nominis in initio et in fine correctionis adjungebat e. g. Antonius Strotius (tab. 9 b, 11), Iosephus de Brippio (tab. 15), Iohannes Rabatta (tab. 20), Martinus (tab. 21). Interdum in initio correctionis et in fine eadem additur littera: « G. fiat ut supra A. G. » (tab. 25; vide etiam 27), vel in initio nomen et in fine cognomen: « I. (Et quod presentis etc. sufficiat) Fi(era) » (tab. 32). Iohannes de Toyssiaco ita disponit suam subscriptionem, ut « I » scribat in initio correctionis « d » in medio, « T » in fine (tab. 34). Idem dicendum est de Petro de S. Angelo « P. S. a » (tab. 35). Accidit etiam, ut magister errorem non corrigat sed quodam signo e. g. lineola cum puncto eum indicet tantum (tab. 10 et 30). Varias ob causas supplicationes integrae a magistro delentur in registro tum propter errorum in transcribendo commissorum copiam,[85] tum quia pontifex supplicationem originalem dilaniaverat (tab. 1), tum quia alibi registrata fuit (tab. 6, 9 b) aut in tali quinterno inseri non debuit (tab. 7 b). In cuiuscumque supplicationis exordio a margine sinistro dictus magister initialem litteram diocesis apponebat vel « urbis », quando sermo erat de supplicatione romana, in medio margine eiusdem supplicationis qualitatem, puta: « nova provisio », « si in evidentem », « commissio per breve » etc.,[86] ut facilius in registro inveniri posset. Saeculo XV. diem quo clausus fuerat quinternus numerumque foliorum frequenter adjunxit e. g. « finitus 8. Ianuarii. Scripsit folia decem. P. »[87]

Quae de correctoris munere ab anno 1417 valebant, ante Martinum V. nondum vel vix inveniuntur. Qualitas supplicationis tunc raro in margine notatur eaque ab ipso scriba.[88] Etiam initialis littera diocesis a scriba in margine adjungitur, non tamen in capite sed in media supplicatione. Porro quinterni non viginti constant foliis sed triginta vel etiam pluribus. Pro numero foliis inscribendo valet mos gallicus. Attamen eodem saeculo XIV. frequenter occurrunt duae notae marginales, quae omnino desunt in registris Martini V.

---

(82) Arch. Vatic. Reg. Vat. 1723 f. 26'. Quando agitur de documenti anterioris confirmatione, tunc eiusdem textus integer in registro transcribitur. Exemplum praebent tab. 40-41 a.

(83) Constitutio reformationis Romane curie sub Alex. VI. Tangl l. c. 414 n. 48. Idem statuerat Innoc. VIII. per suam constitutionem 1490, dec. 17. Tangl l. c. 427.

(84) Tangl l. c. 414 n. 49.

(85) E. g. Reg. Suppl. 578 f. 136 s. Iohannes de Toyssiaco, magister in registro, hanc supplicationem corrigendam suscepit, deinde vero delevit iterumque scribendam curavit f. 137'.

(86) Tab. 5, 9 a-b, 10, 11, 12 etc.

(87) Reg. Suppl. 106 f. 280'. Cf. tab. 7 b.

(88) Tab. 1 (dispensatio).

successorumque ejus. Prior in margine sinistro supplicationis tam singularis quam plurium in rotulo contentarum invenitur communiterque scribitur « extra » (89) vel « extra » cum quibusdam additamentis e. g. « extra pro domina y(sabella) abbatissa Fontisebraudi » (Reg. Suppl. 1 f. 65), « extra super indulgentiam » (ib. f. 52'), « extra de monialibus » (24 f. 174'), « extra de tabellionatu » (37 f. 100), « extra de examine » (ib. f. 98'), « extra de magistro » (ib. f. 107'), « extra de translatione » (ib. f. 124). Tum etiam occurrit, cum diocesis indicatur: « extra de justitia. R(othomagen.) ».(90) E. Göller sensum huius « extra » explicare conatur, solutionem vero et ipse non invenisse testatur.(91) Mihi videtur, « extra » idem esse ac extraordinaria. Scribitur enim interdum « extraord. » (Reg. Suppl. 1 f. 13', 25', 26), « extraord. super dispensatione matrimonii » (ib. f. 27), « extraord. dispensatio » (Reg. Suppl. 2 f. 37). Unum denique exemplum certos nos facit, rectam esse nostram interpretationem. In Reg. Suppl. 1 f. 19' nempe tres supplicationes occurrunt immediate in rotulo se sequentes et de eadem re tractantes,(92) quarum primae in margine additur « extra », secundae « extraor. », tertiae « extraord. ». Altera notula « pro ca » id est « pro camera » (93) frequentissime invenitur in provisionibus semperque in margine dextero, quae nota camerae apostolicae solvendum esse demonstrat.

In registris Martini V. successorumque eius, quae ut dictum est, ad datariam spectabant in eiusque archivo conservabantur, in supplicationum capite a sinistris signum quoddam adjunctum fuit simile numero 2.(94) Signum esse videtur revisionis factae saec. XVIII. ineunte, postquam volumina annis 1704 - 1705 novo integumento ornata sunt. Nonnullis enim locis hoc signum non habetur in ipso folio sed in charta tunc ad restaurandam paginam applicata e. g. Reg. Suppl. 1520 f. 1, 1833 f. 365, 370, 371, 373. Signum vero deest, quando supplicatio ob aliquam causam in registro deleta est e. g. Reg. Suppl. 1540 f. 1; 1608 f. 1' Vide tabulas 6 et 7 a. Revisionem continuarunt usque ad vol. 1833, quod est ultimum volumen Clem. VII. anni primi (1524). Tunc signum cessat pro tempore; postea vero iterum habetur, sed non invenitur semper, uti regula erat usque ad Clem. VII.

Aliud denique signum simile illi, de quo locuti sumus, lineola nempe transversa in margine, jam apparet a. 1507 sub Iulio II. (Reg. Suppl. 1260 f. 83, 85 etc.) ad indicandum locum, ubi in textu sermo est de beneficii fructibus (Cf. tab. 44 lin. 44; tab. 46 lin. 9). Ineunte saec. XVI. raro tantum invenitur, postea vero semper usque ad Pium VII. Duabus insuper lineolis in margine indicantur res maioris momenti. Cf. tab. 47 lin. 6; 49 lin. 8; 50 lin. 21.

Quod ad magnam voluminum seriem refert, quae vocantur registra communia distinguuntur a registris secretorum, mandatorum secretorum, officiorum. Secretorum volumina jam tempore Leonis X. exstitisse constat,(95) vestigiaque quasi centum registrorum eorundem ante a. 1724 invenimus, nec ullum exstat in Tabulario Vaticano. Ex illis vero quae habentur ab a. 1730 - 1823, desunt 76 volumina. Mandata secreta suo loco registrata fuisse scimus pro tempore Alexandri VII. usque ad Clem. XI. (1655 - 1721), in quo tredecim saltem exstabant volumina. Officiorum registra adsunt ab Urb. VIII. ad

---

(89) Tab. 1 et 3 a.

(90) Reg. Suppl. 45 f. 139, vide tab. 3a; « extra S(piren.) » ib. f. 65', « Extra G(ronopolitan) » ib. f. 138'. Primum exemplum insuper demonstrat, diocesim adnotari in margine non pro solis provisionibus. Cf. Kehr, in Mittheil. cit. 8, 91.

(91) Clemens. VII. von Avignon p. 82.*

(92) Dispensatio pro nato ex presbytero et soluta.

(93) Tab. 2 et 3 b. Cf. Kehr l. c. 91. Göller l. c. 82* s.

(94) Tab. 5 - 43.

(95) « Registrata libro 1 a secretis fol. 2 ». Arch. Vat. Arm. 40, 3 f. 281.

Pium VI. Secreta ab aliis praesertim in hoc distinguuntur, quod solus pontifex supplicationes ibi registratas signavit aliusque praelatus tantum in fine pontificatuum « ex delegatione apostolica » vel « de speciali mandato ». (96)

Plerumque registra supplicationum omni carere solent ornamento, sunt vero, quae ab hac regula excipiuntur. Primum in registro Alexandri VI. folium variis coloribus floribusque nitide exornatum est (tab. 39). Sub Pio IV. in nonnullis foliis imagines ornamento depictae inveniuntur, (97) quarum auctor Io. Severinus scriba in registro esse videtur. Litteras initiales vero, imagines aliaque omnia, quae Guglielmus Fauret ab anno 1579 - 1605 in supplicationum registris calamo delineavit, omnino pluris aestimari oportet. In 18 voluminibus primum quinternum scripsit primumque folium pulchre ornavit calamo vel illustravit. (98) Aliam Jesu Christi crucifixi imaginem invenies in primo registro Alexandri VIII. (99) Sub Innocentio XII. denique anno 1692 alius pictor, forsan Mazzeschus, qui fuit scriba quinterni, coloribus perpulchre depinxit fidei imaginem et papae personam sub specie virginis, quae manu tenet stemma pontificium (Pignatelli) et pede avaritiae figuram calcat (tab. 48 b).

(96) Tab. 50.

(97) Reg. Suppl. 3100 f.1, 3101 f. 281, 3104 f. 1, 3123 f. 281.

(98) Tab. 45. De aliis huius artificis picturis locuturi sumus, quando registrorum inventarium publicabimus. Nomen Guglielmi Fauret non insertum est apud U. Thieme, Allgemeines Lexikon der bildenden Künstler. Vol. XI.

(99) Reg. Suppl. 5610 f. 1. vide tab. 48 a.

TABULARUM CONSPECTUS

TAB.	REG. SUPPL.	DATUM	DIOCESIS	FORMULARIUM
1	10 f. 148	1345, 19. 12	Tornacen.	
		„ 17. 12		Dispensatio (deleta)
		„ 20. 12		Extraordinaria
2	34 f. 163	1361, 26. 8		—
		„	Morinen.	— (Pro camera)
		„	„	— „
		1361, 25. 8	Carpentoraten.	— „
3a	45 f. 139	1366, 11. 4	Rothomagen.	Extraordinaria de justitia
3b	60 f. 6	1379, 23. 11	Caturcen.	— (Pro camera)
		„ 3. 12	Senonen.	— „
		„ 14. 12	(Gebennen.)	Absolutio
4	63 f. 42	1381, 1. 6	Palentin. Burgen. Legionen. Conchen.	Rotulus
5	163 f. 44	1422, 20. 4	(Clochoren.)	Perinde valere
6	394 f. 156	1444, 4. 1	Valentin.	Si neutri
		„ 29. 1	(de urbe)	Reformatio (deleta)
		„	Cesaraugustan.	„
7a	395 f. 86	1444, 3. 1	(Tholosan.)	(deleta)
7b	„ f. 200'	„ 4. 1	Placentin.	Altare portatile
		1443, 28. 12	Terraconen.	Prorogatio
8	396 f. 157'	1444, 13. 5	Convenar.	Unio
		„ 18. 3	Apamiar.	Dispensatio
9a	396 f. 281	„ 16. 5	„	De fructibus percipiendis
9b	415 f. 37	1447, 28. 6	Ispalen.	Dispensatio de uberiori (deleta)
10	417 f. 4'	„ 6. 5	Assisien.	Nova provisio
		—		Absolutio sive confessionale
		—		Confessionale
11	417 f. 67	1447, 6. 5	Patavien.	Absolutio
		1447, 6, 5	Ianuen.	Reformatio privilegiorum

TAB.	REG. SUPPL.	DATUM	DIOCESIS	FORMULARIUM
12	417 f. 192	1447, 25. 5	Paduan.	Perinde valere
		„	Camerinen.	Reformatio
13	434 f. 341	1448, 23. 11	(Treveren.)	Dispensatio ad incompatibilia (Suppl. originalis)
14	„ f. 259	„	„	„ „
15	445 f. 148'	1450, 15. 6	Bisuntin.	Officium cursorie
		„ 19. 6	Nanneten.	Dispensatio
16a	491 f. 182	1456, 15. 6	Warmien.	Licentia testandi
16b	„ f. 182'	„	Siracusan.	Confirmatio unionis
17	„ f. 201	„	Laudunen.	Resignatio
18	504 f. 48'		Transilvan.	Dispensatio
	„	1457, 13. 9	„	Dispensatio
19	„ f. 82'	„ 17. 9	Maguntin.	
		„ 15. 9	Pistorien.	Per ingressum religionis
		„ 17. 9	Salamantin.	Per contractum matrimonium
20	„ f. 96'	„ 20. 9	Abulen.	Presentialitas quoad preterita
		„ 4. 10	Avinionen.	Surrogatio
21	505 f. 54	„ 5. 11	Gerunden.	Moratoria
		„	Gebennen.	Commissio privationis
22	„ f. 209'	„	Venetiar.	
		„ 10. 11	Placentin.	Per assecutionem
		„ 5. 11	Posnanien.	Si neutri
23	„ f. 217'	„ 23. 11		Indulgentia
24	509 f. 97'	1458, 22. 4	Bisuntin.	Ad instar
25	„ f. 144'	„	Gayetan.	Privatio in forma juris
26	„ f. 179	„ 3. 6	Argentin.	Si neutri
27	„ f. 190	„ 27. 4	Albien.	Nova provisio
		„ 13. 5	Alexandrin.	Si in evidentem (utilitatem)
28	563 f. 8'	1463, 2. 6	Egitanen.	Deputatio judicum
		„ 26. 5	Leonen.	Dispensatio

TAB.	REG. SUPPL.	DATUM	DIOCESIS	FORMULARIUM
29	„ f. 43	„ 14. 6	B (?)	Mandatum gratis
30	563 f. 81	1463 27. 5	Tullen.	Nova provisio
		„ 11. 5	Senen.	Extinctio pensionis
31	629 f. 141	1468, 31. 8	Gayetan.	Per constitutionem « Execrabilis »
32	„ f. 200	„ 13. 9	Valentin.	Nova provisio
		„ 14. 9	Tiburtin.	De non promovendo
33	„ f. 201'	„ 22. 8	Vercellen.	Commenda
34	670 f. 6'	1472 —		Collatio
35	740 f. 103'	1476, 16. 7	Corisopiten.	Unio
36	„ f. 124'	„ 4. 5	Remen.	Indultum
37	859 f. 272	1486, 12. 8	Lugdunen.	Ad duo (s. beneficia)
		„ 8. 8	Amerin.	Per obitum
38	906 f. 25	1489, 26. 6	Segobricen.	Pensio
39	961 f. 1	1492, 6. 9	Cesaraugustan.	Surrogatio
40a	1032 f. 279'	1193, 13. 6		Copia bullae Coelestini III. (initium)
40b	„ f. 280	„		„ (finis)
41a	„ f. 280'	1496, 10. 12	Nullius dioc.	Confirmatio
41b	1124 f. 231'	1501, 21. 6	Lexovien.	Pensio
42	„ f. 79'	„ 10. 6	Argentinen.	Commissio per breve
43	„ f. 161	„ 4. 6	Burgen.	Cessio
44	2122 f. 101	1533, 24. 10	Urbis.	Comissio per breve sive confirmatio donationis
45	3770 f. 1	1596, 9. 2		(Pictura a Guglielmo Fauret delineata)
46	4860 f. 175	1644, 26. 7	Colonien.	Certo modo
47	4902 f. 51	1646, 3. 1	Camerinen.	Certo Modo
48a	5610 f. 1	1689, 6. 12		(Pictura Iesu crucifixi)
48b	5654 f. 1	1692, 16. 7	Saonen.	Matrimonialis. (Pictura anno 2. Innoc. XII. facta.)
49	5610 f. 162	1689, 18. 10	Compostellan. etc.	Matrimonialis
50	7023 f. 211	1823, 31. 7	Bergomen.	Matrimonialis
		„	Viennen.	Matrimonialis
		„ 25. 5	Comen.	Coadjutoria

TABULAE

Reg. Suppl. 10 f. 148



Reg. Suppl. 34 f. 163



Reg. Suppl. 45 f. 139



Reg. Suppl. 60 f. 6



Reg. Suppl. 63 f. 42

Carissime pr̃ exponit̃ nob̃ p̃ pro parte dilecti nob̃ in xp̃o Johannis
Marmoband pbri Clochorn Dioc q̃ olim possit̃ sed super defectu na-
talium q̃ pat̃ de soluto genitus et solutus ut eo non obstãte ad omnes
ordines promoveri et beneficia ecclastica et si quos foret obtinere posset
aplica fuit auctore Dispensand. etc. ut de vicaria de Kilfechan ac de Cluanecoyse
perochialib⁹ ecclesiis Connerens et Clochorn Dioc, quarũ fructus ut Diodenus
Marthaz sterlingorũ f. corẽ extimationi ũa an non excedunt ad dispen
ad quinquennium sufficiens mandatum quidem et super ipso Cuanyse hinc ac
confin pervenit, verũ pr̃ sinistre a nonnullis assumi dictum vicariat de Cluanecoyse
ad modo vacantem per cessum Johannem in hac aplica expressa, sed per hibend
resignationem Petri omeanach in curia Romana coram notario publico et
testibus sponte factam vacasse et hinc sibi fides et ipsius sufficiens et
legitime super hoc non constat eius pars stando ac ordinem seu sui mag
huiusmodi pdictum impetrare posse dubitat tempore pretex. Supplicat ipsi
ei⁹ de. Dens. Io quatenus sibi in premiss paterna consulere affectu collatam
et pensum huiusmodi gratiam super ipsa vicaria de Cluanecoyse et quibusq; inde
sequita irrita et grata habere et illa eciam ad supplendum defectum quorũplibz
quo ortus non nec huiusmodi vacandi modi in ipsis hinc expressa inter-
venisse sentire pariter et confirmare et approbare et nichilominus valida
ac efficacia sibiq; effectum sortiri debere perinde ac si ordo ac per ord
a data earundem hinc ac si vicaria medio tempore in ipsa hinc expressa
fuisset et requisita sibi gratiam de eadem vicaria de Cluanecoyse cum fructib⁹
Rex marthaz stelli p. m. dictam extimationem non an non excedunt sine
ut premittit sine alia quacumq; causa aliorum cuiuslibet persona aut
per constitutionem generalem vacet et quibuslibet aliis reservata
aut devolutis seu litigiosa sit ad dispen pfata de qua vicaria ad qui-
quidem obtinendi gratiam etc ut nos dictus Jo. dispensavit de nouo
quidem constituere et ordinandi aplica autem pr̃ contrarium non obstãte ordine
opportune fiat, ut petit. Datum Rome apud Sanctum Petrum Decimo
kl. Aprilis Anno quinto

Carissime pr̃ nuper canonicatum et prebende ecclie Aberdonen per
obitum quondam Johannis de Bellamonte vltimi ecclie canonici extra
Romam curiam defuncti vacant, ad Nobilem Stephanum Scrope Militem

ad decretum retinendi hinc non sine ad eum spectare dicatur est processum pro ipso Andree
presbitero dicti Mercado vel alium alterum eius loco pro[cu]ra[to]re surrogandi Ac ipsum
et mandare dignetur ut si premissa vera sint huiusmodi preces exhibenti hac
vice tantum ut dicitur non obstitit mentis dicti Andree
ordinis predicatorum ad aliud forsan competere illud cum precibus et quidem
librate Barchinon vel an no speciali gratie quo alias Guillelmus illud
expectat assertus aut aliquod non sit ut ipse alias asserit per litteras
Regestrorum aliorum de illo in forma cam. vel ipsi eam cum non
et rebus sponte facta [illegible] ipsum pro remissione
esset hic demoratus et dispositi apte sede ac alias qualitatibus gratie
vel mandatum aliquod alias litigiosa constat cum hospitio ac ecclesia Guillelmo non
conferat et de ea provideat non sine obstet et alias necessitate et opportune Concessit ut
per impetrata dicti non sede et dominicis Et ut non obstet quas litteras et alias
necessitate valeat in forma apta declarat valeat Concessit et dominicis Datum
Rome apud sanctum petrum pridie nonas Januarii Anno Decimo

Dilecti filii vestris aptitudinem providentia virtutum oratore paulo Antonii [illegible] ar[chi]episcopo
ecclesie sancti Andree de Colonna de urbe de et sup[er] [illegible] et prebenda ecclesie sancte
Agate de dicta urbe certo modo vacatis conferendis cum eisdem ecclesia et aliis gratiis
vel mandatis ipsi emanantibus et prebenda dispositum sed apte recipiat expectat
in forma apta expedire mandare de quod preces cum non obstet impetrate de sup[er]
signatur contentis et alias oportune Concessit et dominicis Datum Rome xj apud
sanctum petrum Quarto kls februarii Anno Decimo

Datez sanctissime super [illegible] vestre devoto viro Bartholomeo omedei clerico Cesenat
gestum dicte de prebenda ecclesie defuncti dicte ecclesie dicte tunc certo modo
vacatis provideri mandarunt prout in supplicatione dicte sup[er] plenius continetur
Verum clementissime pater quamvis ipse error Datum supplicationis formam
de quibusdam personis et bonis que dictus exponens obtinet minime suppli
cando nulla est prout mentio Dignetur [illegible] apostolice sup[er] dicta supplicatione
confirmare tuas cum exp[ositi]one mentionem ut dictus exponens vendat ne negotio
et aliam huius et quadam simplici beneficium sine cura ubicunque Ecclesiastico dicte
quoque fructus non triginta librarum turonensium parvorum iuxta communem valorem
annuum non excedat in forma apta et ubique expedire mandare de quod preces cum

ARCHIVUM SECRETUM

Reg. Suppl. 395 f. 86

Reg. Suppl. 395 f. 200'





Reg. Suppl. 396 f. 281



Reg. Suppl. 415 f. 37



Reg. Suppl. 417 f. 4'

6.

P.

Absolutio

Reg. Suppl. 417 f. 67



Reg. Suppl. 417 f. 192



Reg. Suppl. 434 f. 341

Datū Rome apud Sanctū Petrū octauo Id. Nouembr. Anno Secundo

Supplicat S. V. deuotus orator vr. Valentinus de Isenburg de Comi- Cor-
tum et Abbatissa quod prouisionē nostre prothocollo curie
Rotule Venerabili Dūo Archiepo Treuirēn. et quibuscūq; huiusmodi collato-
ribus nec alis impetrabilis essent si dignitatē personatū aut officiū in Me-
tropolitanis Cathedralibus nec collegiatis ecclesijs principalibus et
dignitatū ipsā eccl. nec collatā fuerit cuiq; cura animarū aut
dubium ad quē ipsius collatio spectare dinoscitur illaq; pro
tempore vacarent quotiens illa forsan nec nisi fructuū simplicium nec ex causa permutationis quotiens sibi placuit
dimitte et loco dimissi nec dimittendi aliud nec alibi simile nec
dissimile simplicia nec dissimilia beneficia nec beneficia curata nec
curata duo tantū inuicem incompatibilia recipere et insimul quo-
admodo libeat et licite retinere possit et valeat Constitutionibus
apostolicis et aliis contrariis quibuscūq; non obstantibus quibuscūq; Cum eius
oportunus fiat ad vtilia et de speciali Et quia non obstantibus beneficiis
dicti S. habentur pro expressis fiat Et Datū Rome apud Sanctū
Petrū quinto Id. Nouembr. Anno Secundo

Ottoni Archiepo Treuirēn. Valentino filio Valentino de Isenburg de Comitib. et
Abbatissa quib. exhibitis parentes Canonico Ecclesie
et Colonien. ciuitat. de quibus Canonicatibus cum reservatione totius
prebende ac dignitatis personatus administratus nec officij curate et elect.
in Metropolitana Cathedralibus nec collegiatis ecclesijs aut dignitatis nec
archidiaconatus quod fuerunt vacant nec vacaturis spectatis voluerit nec
dimissis ad collandū eund. et singulorum collatorum et collatarum pendentes
et regulares ire etiam quos dignitatū ire quas eid. in posterum
liceat in quibuscūq; diocesibus Treuirens. et Colonien. existendo
eidem conferendi et de illis etiā prouidendi cum inhibitionis ire cum non

ARCHIVUM SECRETUM





Reg. Suppl. 491 f. 182



Reg. Suppl. 491 f. 182'

Reg. Suppl. 491 f. 201



Reg. Suppl. 504 f. 48'













Reg. Suppl. 509 f. 97'



Reg. Suppl. 509 f. 144'

A.

Sinceri.



Reg. Suppl. 509 f. 190





Reg. Suppl. 563 f. 43





Reg. Suppl. 629 f. 141



Reg. Suppl. 629 f. 200



Reg. Suppl. 629 f. 201'



Reg. Suppl. 740 f. 103'



Et q̃ oĩa ꝑmissa ꝛ dicta Bulle q̃ maiorẽ ſpã fidẽ ꝓbeant plenã adhibeãtur fidẽ in iudicio ꝛ extra. Dat Rome ap ſanctũ ꝑtrũ pridie Idus Auguſti Anno ſecundo

M Glandatten.

Ex parte dilecti filii Guillelmi de Parmatio clerici Lugdunen. in decretis baccalarii nobis exhibita petitio continebat quod cum idem Guillelmus de Parmatio ad ſedem Apoſtolicam recurrens a venerabili fratre nostro Archiepiſcopo Lugdunen. Primate ſuper quibuſdam articulis ad ſe pertinentibus ad Sedem eandem appellaverit, ac deinde ad ſtudium Parisien. accedere intendens, ut ibi in decretis ſtudium valeat continuare, ſuper hoc ſibi a Sede Apoſtolica de oportuno ſubſidio provideri humiliter ſupplicavit. Quocirca Nos ipſius Guillelmi in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut ſtudium Parisien. libere valeat continuare, ipſum cum omnibus bonis ſuis ſub beati Petri et noſtra protectione recipimus, et ſpecialiter auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut quamdiu ibi ſtudium continuaverit, nullus ipſum ad ſecularia iudicia trahere, aut ab eo ſuper temporalibus exigere, vel extorquere quicquam preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Rome apud ſanctum Petrum pridie Idus Auguſti Anno ſecundo.

A tybure

Ex parte dilecti filii Ignatii de Amelia clerici Amelien. qui de ſpecialium gratia familiaris noſter et Salvatoris Amelien. ecclesie diaconus cardinalis existit, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum idem Ignatius ad ſtudium Parisien. accedere intendat, ut ibi in decretis valeat continuare, ſuper hoc ſibi de oportuno ſubſidio provideri humiliter ſupplicavit. Quocirca Nos ipſius Ignatii in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut ſtudium Parisien. libere valeat continuare, ipſum cum omnibus bonis ſuis ſub beati Petri et noſtra protectione recipimus, et ſpecialiter auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut quamdiu ibi ſtudium continuaverit, nullus ipſum ad ſecularia iudicia trahere, aut ab eo ſuper temporalibus exigere, vel extorquere quicquam preſumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Rome apud ſanctum Petrum quarto Idus Auguſti Anno ſecundo.

Cassᵗ de mandᵒ Rᵐⁱ d. Cardⁱˢ S. Anaſtaſie pro originali p me Jo. Bonifacium





Reg. Suppl. 961 f. 1



Reg. Suppl. 1032 f. 279'



Reg. Suppl. 1032 f. 280



Reg. Suppl. 1032 f. 280r



Reg. Suppl. 1124 f. 231r



Reg. Suppl. 1124 f. 79'





Reg. Suppl. 2122 f. 101

Die xx Februarij 1596. Primus lib. primi An. Quinti ejus Clementis Papæ VIII.
Guillus Fauret.
Franciscus Petrarcha.
Doctor Naturæ Mysteriorum ab Apollinem electus.
Consilio manata Dei
In utrumque paratus
Rerum Sapiena cultor
CLEM VIII
Beatissime Pater Ad vestr. de anno

Reg. Suppl. 3770 f. 1



Reg. Suppl. 4860 f. 175



Reg. Suppl. 4902 f. 51

Maurus

INRI



Reg. Suppl. 5610 f. 1

Mazzeschus

I

Die XVI Iulij MDCXCII

Primus Liber Primus Anni Secundi SSmi Dni Nri

Pape Innocentij XII

Reg. Suppl. 5654 f. 1



Marmiser[illegible]

9 lib. S. Anni S. S.mi D. N. S. S. Alexandri VII 161

Beat.me Pr. Exp.r humil. S.V. pro parte devotorum illius Oratorum Adami de Bastos laici et Benedicte ab de Bastos mulieris Compostellan. dioc. ac Joannis Gonsalves laici et Anne Barbosa mulieris Bracharen. dioc. ac Stephani Ramos laici et Marie Martinez mulieris Conchen. dioc. Quod cum dicte mulieres in locis ex quibus ipsi oratores orti sunt in dictis dioc. respective existentes de uno ad aliud se reperire transferre [illegible] illorum [illegible] viros paris conditionis quibus nubere possint invenire nequeant, cupiunt Adamus cum Benedicta ac Joannes cum Anna necnon Stephanus sibi cum Maria invicem matrimonialiter copulari, sed quia duplici quarto consanguinitatis [illegible] gradu invicem sunt conjuncti [illegible] desiderium hoc [illegible] adimplere non possunt absque Sedis Apostolice dispensatione. Supplicant igitur humiliter S.V. [illegible] impedimento duplicis Quarti consanguinitatis [illegible] gradus [illegible] non obstante matrimonium [illegible] publice [illegible] forma Concilii Trid.ni contrahere illudque in facie Ecclesie solemnizare [illegible] libere et licite valeant dispensare [illegible] prolem [illegible] exinde legitimam [illegible] decernere non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Concessum ut petitur in presentia D. N. Pape. F. Cavia

Et cum absolutione [illegible] dispensatione [illegible] expressis [illegible] latine extendi. Et [illegible] expediri [illegible] Et pro [illegible] Compostellan. dioc. com.tis Archiepiscopo Compostellan. pro [illegible] Bracharen. dioc. com.tis Archiepiscopo Bracharen. pro reliquis vero com.tis Episcopo Conchen. sive eius officiali [illegible] dispensatione [illegible] Concessum. F. Cavia

Datum Romae apud Sanctum Petrum Quinto Decimo Kal. Novembris Anno Primo

Beat.me Pr. Exp.r humil. S.V. pro parte devotorum illius Oratorum Josephi de Renero [illegible] laici et Catharine de [illegible] Joannis de [illegible] laici et Isabelle [illegible] de la Gandara mulieris [illegible]

Reg. Suppl. 5610 f. 162



Reg. Suppl. 7023 f. 211

1. Reg. Suppl. 10 f. 148. — 1345, Dec. 19. T[ornacen.] — Supplicat sanctitati vestre deuotus filius vester ..Dux Normannie, quatenus in personam dilecti Petri nati Goedanen | coniugati, Tornacen. diocesis clerici, domini nostri genitoris ac nostri secretarij, gratiam specialem facientes de Custodia | seu Matricularia spectante communiter uel divisim ad collationes, prouisiones, ordinaciones seu quamuis alias disposiciones | Abbatum et Conuentuum Monasteriorum sanctorum Petri et Bauonis Gandensis ordinis sancti Benedicti predicte || Tornacen. diocesis, si vacat ad presens uel quamprimum vacare contingerit (!), de vestra benignitate dignemini prouidere | cum reseruatione, acceptatione, inhibitione, decreto et clausula « a n t e f e r r i » (1) et cum omnibus aliis non obstantiis et clausulis oportunis et | executoribus etc. Non obstante, quod virtute gratie a felicis recordationis domino Iohanne papa XXII. predecessore vestro | ad supplicationem quondam domini Regis Roberti, carissimi auunculi nostri sibi facte, Custodiam seu Matriculariam | de sluus dicte Tornacen. diocesis spectantem ad collationem ..Abbatis sancti Bauonis predicti, cuius fructus et || redditus annui valoris XXVI librarum (2) parvorum non excedunt, noscitur obtinere. fiat R[ogerius]. Et quod | transeat sine alia leccione. fiat R[ogerius]. (3) | Dat.

1345, Dec. 17. *Dispensatio.*(4) — Sanctissime pater, olim pro parte (5) deuote filie uestre Iohanne Jerusalem et Sicilie regine fuit sanctitati vestre | supplicatum et nunc etiam supplicatur, ut, cum clare memorie dominus ..Rex Robertus auus suus || contulit sicut in possessione conferendi erat, Rectoriam Regalis ecclesie sancti Martinj de ocra, que parrochialis et | Collegiata dicitur, Iacobo bernardi de baczano minori tunc, sed nunc maiori annis XIIII, dignemini | dispensare cum eodem Iacobo et sibi concedere gratiose, ut constituto in ea aliquo ydoneo vicario, qui uite | sue eidem ecclesie deseruiat, dictam Rectoriam licite et absque peccato de vestra auctoritate valeat retinere et | habere, canone lateranensis consilij et aliis ac etatis deffectu et quod idem Iacobus in sancti || Eulanij et sancti Andree Canonicatus et beneficia, que non valent florenos VII annuatim, ac in Aquilensis | et sancte Balbine ecclesiis Aquilensis diocesis Canonicatus sub expectatione prebende dignoscitur obtinere, cum | aliis non obstantiis et clausulis oportunis, ac gratiam facere de fructibus

(1) Scilicet: « Anteferri omnibus etiam auctoritate domini nostri expectantibus ». Cf. Regulas cancellariae: Ioh. XXII. n. 20 (Ottenthal l. c. p. 6), Bonif. IX. (ib. 57 n. 8; 65 n. 38; 69 n. 55.)

(2) Deest « turonensium ». Quid sint « turonenses parvi », vide apud E. Martinori, La moneta. Vocabolario generale. Roma 1915, 205, 539.

(3) Apud U. Berlière, Anal. Vat.-Belg. I, 246 n. 972.

(4) In margine: « delaniata fuit supplicatio per dominum nostrum. Et hic cancellata de dicti domini nostri precepto per me Ioh. de Pistorio ».

(5) « Olim pro parte » est correctio posterior.

iam (6) perceptis, qui summam florenorum (7) | XV annuatim secundum solutionem decime non excedunt. Fiat R[ogerius]. Et quod transeat sine alia | leccione. Fiat R[ogerius] || Dat.

1345, Dec. 20. *Extraordinaria.* — Supplicat sanctitati vestre deuotus filius uester Hugo de Jamvilla dominus de Gayo, contra Turchos cum dalphino | militans, quatenus eidem concedere dignemini, quod altaria erigere possit honeste tamen, vbi sibi placuerit. Item quod | possit coram se ante diem missam facere celebrari. Item quod possint celebrari divina coram ipso | presentibus sex de eius familia in locis suppositis ecclesiastico interdicto, dummodo ipse interdicti absit || occasio seu causa. Item quod monachi et alij Religiosi, etiam ordinis predicatorum possint carnes | comedere in sui presencia sine superiorum suorum licencia, cum clausulis oportunis et aliis ut in forma. | Habeat altare portatile in forma etiam ante diem. R[ogerius]. Et quod transeat sine alia leccione. | fiat R[ogerius]. | Dat.

2. Reg. Suppl. 34 f. 163. — 1361, Aug. 26. — Reuerent pere en dieu et tres chier ami. Pource que nous saurion moult volontiers nouuellez | de la bonne santé de nostre seigneur pere, Nous vous prion que par nostre amè varlet, porteur de ces | lettres vous nous faciez sauoir. Aussi Tres chier ami, nous escriuon de nostre main a luy | en luy Suppliant tres de cuer, que luy plaise pourueoir a nostre amé secretaire maistre || Thomas paien de la prouuende et chancellerie de Rouen, que tenoit maistre benoit cail lemouton, nostre clerc, dont il na point encore ordene, sicomme nous entendons. Si | vous prions bien de cuer, tant affectes que nous pouon, que vous y vuilliez labourez | en tele maniere, que nous veon, que vous ferrez volontiers aucune choze pour nouz. Car | nous auon ferme esperance, que nostre seigneur pere ne le nous reffusera pas, car ce nest pas || grant benefice selon le bien de la personne, et il en est du pais. Et en verité vous nouz | aurez fait vn bien grant plaisir. Et si vous voulez choze que faire puisson, faites | le nous sauoir, quar nous le feron tres uolontiers; tres chier ami, nostre seigneur vous ait | en sa garde. Escript a mascon le XIX jour daoust souz nostre signet et signe de | nostre main. — Le duc de berry et dauuergne Iehan. |

M[orinen.] Pro Camera. — || Dignemini Sibi prouidere de Canonicatu et prebenda ecclesie Morinen. reseruatis et vacantibus per obitum Egidij | vaguel in Romana Curia deffuncti, non obstantibus beneficijs quibuscumque in vestra vice|cancellaria exprimendis cum clausulis oportunis. fiat G. (8) et sine leccione, et (cum) Remissione | examinis. fiat G. | Dat.

1361, Aug. 26. M[orinen.] Pro camera. — || Supplicat Sanctitati vestre deuotus filius vester Arnulphus dominus daudenehan, (9) Mareschallus francie, quatenus dilecto | Capellano suo Iohannj de Marolio de canonicatu et prebenda ecclesie Morinensis, vacantibus in curia Romana per mor|tem Arnaldi de Molerijs Capellani vestri, (10) que michi vestro speciali gratia ore concessistis, eidem dignemini prouidere. | Non obstante, quod quandam Capellaniam perpetuam in ecclesia Cameracensi obtinere noscatur. Cum omnibus | non obstantiis et clausulis oportunis ac exequtoribus ut in forma. fiat G. Sine alia leccione et cum || remissione examinis. fiat G. | Dat.

---

(6) Correctum a manu posteriori.

(7) Cf. Martinori l. c. 168.

(8) In margine: « nota quod ista supplicatio et etiam subscripta erant in eadem litera et sub vno dato ».

(9) d'Audeneham. Cf. Anselme, Histoire genealogique et chronologique de la maison royale de France. VI (1730) 751 s.

(10) In margine : « Additum in originali cappellani vestri de mandato domini nostri pape et hic per me Sy[monem] ad relationem domini Auxitani camerarij ». Agitur de Arnaldo Aubert, qui 1361, Martii 6. ad munus camerarii assumptus est. P. M. Baumgarten, Aus Kanzlei und Kammer 107; C. Eubel O. M. Conv., Hierarchia catholica medii aevi I (1913) 121.

1361, Aug. 25. C[arpentoraten.] Pro Camera. — Supplicat Sanctitati vestre humilis creatura vestra Isabellis de Ruppecauardi, quatenus carissimo fratri | suo folcaudo de Ruppecauardi Canonico Parisiensi, de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie | Carpentoratensis prouidere, necnon precentoriam ipsius ecclesie, etiam si dignitas existat, vacante per con‖secrationem domini I[ohannis] tunc Conseranensis, nunc Sanctipontij Tomeriarum Episcopi, conferre dignemini | gratiose. Non obstante, quod Parisiensis et Carnotensis ecclesiarum canonicatus et prebendas idem folcaudus noscitur | obtinere. Cum clausulis debitis ut in forma. fiat G. Et sine leccione. fiat G. | Dat.

3a. Reg. Suppl. 45 f. 139. — 1366, Apr. 11. *Extraordinaria de Iusticia.* R[othomagen.] — Supplicatur sanctitati vestre, quatenus causam et causas, quam seu quas mouet seu mouere intendit tam coniunctim quam di|uisim, deuotus uester Bertrandus de Rupe, Rector parrochialis ecclesie de Aencuria (11) Rothomagen. diocesis ex | vna parte contra et aduersus dominos Iohannem Brachijferri decanum Ruralem de Euuremodio, (12) Ri|chardum le Cordier, presbyteros et Guillelmum furnerij, clericum dicte Rothomagen. diocesis, de et super quibus‖dam decimis, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, pecuniarum summis et rebus alijs per ipsos dominos | Iohannem, Richardum et Guillelmum, ex dicta ecclesia parrochiali per plures Annos indebite occupatis, leuatis | et receptis, necnon contra heredes et executores quondam domini Guillelmi Pastorelli, ultimi rectoris dicte ecclesie, | predecessoris dicti Supplicantis, de et super reparationibus dicte ecclesie et possessionum ac domorum ipsius, ac contra omnes | alios et singulos, quorum interest uel intererit seu qui sua putauerint interesse communiter uel diuisim ‖ de et super premissis et eorum occasione ex altera Alicui de Auditoribus vestri sacri palatii causarum committere dignemini | audiendam, decidendam et fine debito terminandam cum omnibus emergentibus dependentibus et connexis, et cum potestate citan|di prefatos dominos Iohannem, Richardum et Guillelmum ac heredes et executores dicti quondam Guillelmi Rectoris | in Curia et ad partes totiens quotiens opus erit. Non obstante, quod causa seu cause huiusmodi non sint ad | Curiam Romanam legitime deuolute, in ea tractande seu etiam finiende, presertim cum ipse Supplicans propter ipsorum ‖ aduersariorum potentiam non speret in partibus illis posse consequi iustitie complementum. Committatur in partibus | citra duas dietas. B. Dat.

3b. Reg. Suppl. 60 f. 6. — 1379, Nov. 23. C[aturcen.] Pro Camera. — Motu proprio prouidemus Nicolao tituli sancti Martinj in Montibus presbytero | Cardinali de parrochiali ecclesia de Marcello Caturcen. diocesis, vacante ad presens | per obitum vltimi Rectoris eiusdem, etiam si dicta ecclesia sit apud sedem ‖ apostolicam generaliter uel specialiter reseruata, et si in ea non sit alteri Jus quesitum, | cum omnibus dispensationibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. Dat. (13)

1379, Dec. 3. S[enonen.] Pro Camera. — Item eodem proprio motu prouidemus dicto Cardinali de prioratu de nerumuilla | seu nigrauilla ordinis sancti benedicti Senonen. diocesis, vacante ad presens per obitum | Hugonis de Cornecio vltimi prioris eiusdem extra curiam defuncti, etiam si dictus ‖ prioratus dignitas existat et curam habeat animarum et ad ipsum consueuerit | quis per electionem assumj, et etiam si dictus prioratus conuentualis existeret, in | quo tamen a magnis temporibus citra non consueuerunt esse nisi duo monachi.

---

(11) Aencourt.
(12) Evremodium, hodie Envermeu.
(13) Datum postea in margine adiunctum est.

Cum omnibus dispensationibus et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. fiat | motu proprio de utroque et dispensamus. G[ebennensis]. Dat.(14) ||

1379, Dec. 14. *Absolutio.* — Supplicat sanctitati vestre Petrus de villeta, prior vgine diocesis Gebennen., | monachus expresse professus ordinis Cluniacensis vltra quinquagenarius, quatenus sibi | plenam omnium suorum peccatorum remissionem semel tantum in mortis articulo concedere dignemini | ut in forma. fiat G[ebennensis]. Dat.(15)

4. Reg. Suppl. 63 f. 42. — 1381, Jun. 1. — *Rotulus Alfonsi comitis de transtamara.* | Sanctissimo ac beatissimo in christo patri ac domino nostro, domino Clementi diuina | prouidentia sacrosancte Romane ecclesie etiam vniuersalis summo ponti|fissi.. humilis et deuotus filius vester Alfonssus Comes de Trastamara || ac dominus de noremnia cum filiali recommendatione deuota pedum oscula beatorum. | Pater sanctissime, pro illis libentius sanctitati vestre efundere cupio preces, qui vite | mundicia, morum honestate decorati alijsque virtutum donis insigniti, sibi | per laudabilis conuersationis meritum ac ceterit (l. ceteris) per exemplum in dei ecclesia esse | poterant multipliciter fructuosi, eapropter eandem sanctitatem deuote duco et humiliter supplicandam, || quatenus dilectis clericis meis infrascriptis, de quibus super predictis laudabile testimonium | peribeo veritatis, quibusque et obsequiorum propriorum ac aliorum, de quorum stirpe | descendunt, continua ac longeua presentacione ad condigna obsequia | sum quam plurimum obligatus, dignemini mei consideratione ac suorum exigentia meritorum | iuxta infrascriptarum peticionum tenorem misericorditer prouidere, quod ad gratiam specialem || Reputabo eroque propterea ad vestra et apostolice sedis obsequia promptior iuxta posse. | sanctitatem vestram conseruare dignetur Altissimus sue sancte ecclesie Regimini per tempora longiora. | Amen. Scriptum in loco de paredes de naua XVI die Menssis Julij. |

P[alentin.] — Supplicat sanctitati vestre humilis et deuotus filius vester Alfonssus, Comes de trasta|mara et dominus de noremnia, quatenus sibi in personam sui dilecti Michaelis || Martinj clerici Burgensis specialem gratiam facientes de canonicatu ecclesie palentine dignemini | prouidere, prebendam uero ac prestimonia et prestimoniales porciones vnius uel plurium cedencium | uel decedencium aut illa alias quomodolibet dimittencium ipsius ecclesie canonici, si | vacant ad presens, aut quam primum simul aut successive in ecclesia, Ciuitate et diocesi | palentina vacare contigerit, eidem Michaeli conferendam dignemini reseruare cum acceptacione || etc. et cum omnibus alijs non obstantiis et clausulis oportunis ac executoribus ut in forma. |

Burgen. — Item Supplicat, quatenus dilecto suo Martino garsie, clerico Burgen. similem | gratiam facientes per omnia ut supra in ecclesia Burgensi. |

Legionen. — Item Supplicat, quatenus dilecto suo Guillelmo Martinj clerico Burgen. similem | gratiam facientes per omnia ut supra in ecclesia legionensi. ||

Conchen. — Item Supplicat, quatenus dilecto suo Iohanni fernandi de paredes de naua, presbytero | palentin. diocesis, similem gratiam per omnia facientes ut supra in ecclesia Conchensi, non | obstante, quod patrimonialem (!) beneficium sancte eulalie prefati loci de paredes de naua | noscitur obtinere et cum omnibus alijs non obstantiis ut supra. fiat pro omnibus. G[ebennensis]. | Sine alia leccione et cum || commissione examinis ad partes. fiat G[ebennensis]. Dat.

---

(14) Prius habebatur datum : « sexto kal. Jan. », hinc nota marginalis : « Ista data sic fuit mutata in originali per dominum Archidiaconum datatorem et hic de mandato suo. G. ». Datator est Iacobus de Mentonayo, archidiaconus Remensis. Cf. E. Göller, Clemens VII. von Avignon p. 78*.

(15) Datum correctum fuit « in originali » et tunc etiam in registro de manu « G. ».

5. Reg. Suppl. 163 f. 44. — 1422, Apr. 20. *Perinde valere.* — Beatissime pater, exponitur sanctitati vestre pro parte deuoti vestri oratoris Iohannis | Macmelynd, presbyterum (corr. presbyteri) Clochoren. diocesis, quod olim, postquam secum super defectu na|talium quem patitur de soluto genitus et soluta, vt eo non obstante ad omnes | ordines promoueri et beneficium ecclesiasticum et si curatum foret, obtinere posset || apostolica fuit auctoritate dispensatum, eadem sanctitas vestra de vicarijs de Rosserchan ac de cluaneoys | parrochialium ecclesiarum Conneren. et Clochoren. diocesium, quorum fructus etc. duodecim | marcharum sterlingorum (16) secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum dispensatione | ad quinquennium successiue mandauit prouideri et super ipsis vicarijs literas apostolicas | confici procurauit. verum, pater sancte, a nonnullis asseritur, dictam vicariam de cluneyos || non modo vacationis per eum Iohannem in literis apostolicis expresso, sed per liberam | resignacionem Brucij omearaych in curia Romana coram notario publico et | testibus sponte factam vacauisse et licet sibi fides et probacio sufficienter et | legitime super hoc non occurrant, eius tamen statum ac condicionem seu sui iuris | huiusmodi perdicionem impugnari posse dubitat tempore procedente. Supplicat igitur || eidem sanctitati vestre dictus Johannes, quatenus sibi in premissis paterno consulentes affectu, collacionem | et prouisionem huiusmodi factas super ipsa vicaria de cluaneoys et quecumque inde | secuta rata et grata habentes et illa etiam cum supplecione defectum (corr. defectuum) quorumlibet, | que occasione non veri huiusmodi vacationis modi in ipsis literis expressati (!) inter|uenisse senceri (corr. censeri) poterint, confirmare et approbare et nichilominus valida || ac efficacia suumque effectum sortiri debere perinde in omnibus ac per omnia | a data earundem literarum, ac si verus modus vacacionis in ipsis literis expressus | fuisset et in quantum sibi expedit de eadem vicaria de cluaneoys, cuius fructus etc. | sex marcharum similium secundum dictam extimacionem valorem annuum non excedunt, siue | ut premictitur, siue alias quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona, aut || per constitucionem « execrabilis » (17) vacet et generaliter uel specialiter reseruata | aut deuoluta seu litigiosa sit, cum dispensacione prefata de ipsis vicarijs ad quin|quennium obtinendis, prout iam eadem sanctitas vestra cum dicto Iohanne dispensauit, de nouo | prouidere, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs non obstantibus cum clausulis | oportunis. fiat ut petitur O[tto]. Dat.

6. Reg. Suppl. 394 f. 156. — 1444, Ian. 4. *Si neutri.* V[alentin.] — ¶ f. 155' Beatissime pater. Introducta lite siue causa in vestro sacro palatio apostolico coram reuerendo patre domino Berardo de Narnia illius auditore, inter deuotum oratorem vestrum Guillermum Gerau actorem ex vna et quosdam Mathiam Dezpuy assertum clericum ac Iohannam de Quintauil assertam patronam et super quodam perpetuo beneficio sancte lucie hospitalis de lopeyra nuncupati, valentine ciuitatis, quod de jure patronorum laycorum dicitur esse et ipsius occasione partibus ex altera ab aliquibus asseritur, neutri dictorum litigantium jus in dicto beneficio seu ad illud competere, pro parte eiusdem Guillermi sanctitati vestre humiliter supplicatur, quatenus statum cause huiusmodi, in qua ¬ ad decretum citacionem (corr. citacionis) licet nondum ad eius execucionem est processum, pro expresso habentes, | prefato domino Berardo uel alicui alteri eius loco forsan surrogando audiendam committere | et mandare dignemini, quod si per euentum litis huiusmodi sibi constiterit, neutri dictorum litigan|cium jus in dicto beneficio seu ad illud Ius competere, illud, cuius fructus etc. quindecim || librarum Barchinonensium valorem annuum non excedunt, siue eo (18) quo idem Guillermus illud | extiterit assecutus

(16) Martinori l. c. 268.

(17) « Execrabilis quorundam » facta a. 1317 sub Ioh. XXII. Cap. 4 de praeb. in Extrav. comm. III. 2. Cf. Schmitz-Kallenberg, Practica 8.

(18) Deleta sunt verba « quod idem ».

aut aliquouis modo, seu ex alterius cuiuscumque persona, siue per liberam | resignacionem alicuius de illo in Romana curia vel extra (del. eam) etiam coram notario publico | et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod ipsius collatio ad sedem apostolicam | esset legitime deuoluta et dispositioni apostolice specialiter uel alias qualitercumque generaliter reseruatum, affectum || uel inter aliquos alios litigiosum existat, cuius litis statum etc.,(19) eidem Guillermo misericorditer | conferat et de eo prouideat, cum non obstantiis et clausulis necessarijs et opportunis. Concessum ut | petitur in presencia domini nostri pape. C[hristophorus] Ariminensis.(20) Et quod non obstancias suas beneficiales et eorum | veros valores in cancellaria apostolica declarare valeat. Concessum. C[hristophorus] Ariminensis. Dat. |

1444, Jan. 29.(21) *Reformatio.* — || Dignetur sanctitas vestra literas apostolicas pro deuoto vestro oratore paulo Antonij, presbytero ac Rectore | ecclesie sancti Andree de Columna de vrbe, de et super canonicatu et prebenda ecclesie sancte | Agate de dicta vrbe certo modo vacantibus conficiendas cum clausula: eciam si alias generaliter | uel specialiter ipsi canonicatus et prebenda disposicioni sedis apostolice reseruati existant, | in cancellaria apostolica expediri mandare de gratia speciali. Cum non obstantiis in peticione desuper || signata contentis et clausulis opportunis. Concessum. C[hristophorus] Ariminensis. Dat.

1444, Jan. 29. *Reformatio.*(22) C[esaraugustan.] — Pater sancte, nuper sanctitas vestra deuoto vestro Bartholomeo omedes clerico Cesar|agustane diocesis, de parrochiali ecclesia de fuent de xalem(23) eiusdem diocesis, tunc certo modo | vacante, prouideri mandauit prout in supplicacione desuper signata plenius continetur. || Verum, clementissime pater, quoniam propter errorem dictam supplicacionem fomantis (corr. formantis) | de quibusdam porcionibus et beneficio que dictus exponens obtinet, in dicta suppli|cacione nulla est facta mencio, Dignetur eadem sanctitas apostolicas super dicta supplicacione | conficiendas literas cum expressione mencionis, quod dictus exponens vnam in de magallon | et aliam luna et quoddam simplex beneficium sine cura in de bezeyt(24) Cesaragustane diocesis, || quorum fructus etc. triginta librarum turonensium paruorum secundum communem extimationem valorem | annuum non excedunt, in cancellaria apostolica et ubique expedirj mandare de gratia speciali cum ⌜ non obstantijs in priore supplicacione contentis et alijs clausulis necessarijs et opportunis.

7 a. Reg. Suppl. 395 f. 86. — 1444, Ian. 3. — Supplicat(25) sanctitati vestre devotus vester Thomas de Miralhis, canonicus expresse professus | in ecclesia Tholosana ordinis sancti Augustini, quatenus sibi specialem gratiam facientes | de canonicatu siue canonicali porcione dicte ecclesie, cuius viginti, per obitum quondam || Raymundi de Sagasano extra Romanam curiam defuncti vacante, necnon de prioratu | sancti Clementis de Coruabanilio a dicta ecclesia dependente, qui dignitas aut | conuentualis non est, et cuius fructus etc. Quinquaginta librarum turonensium paruorum communi | extimatione valorem annuum non excedunt, vacante per assecutionem prioratus de Auol|hosio per deuotum vestrum Iohannem

(19) id est: « cuius litis statum presentibus haberi volumus pro expresso ».

(20) Christophorus de S. Marcello episcopus Ariminen.; v. Hofmann II, 72, 131; Eubel II (1914) 95.

(21) In margine: « cassata quia est scripta alibi ». A dextris manus quaedam ad calamum probandum scripsit: « Beatissime » vel quid simile. Idem habetur in foliis 153, 155, 161.

(22) Referendarius: Gauterius de Forcalquier episcopus Vapincensis. Eubel II, 262.

(23) Hodie Fuendejalón.

(24) Hodie Beceite.

(25) In margine: « cassata quia per concessum et alibi scripta ». Titulus fasciculi (f. 81) est: « Quinternus quintus libri noni de vacantibus per fiat a. XlIIo »; nulla vero supplicatio ex illis quae registrantur conceditur per « fiat » nisi una (f. 82').

de Montesquino auctoritate ordinaria factam, siue || vt premittitur seu alias quouismodo aut ex aliorum quorumcumque personis, siue per | liberam resignationem alicuius de illis in dicta curia uel extra eam etiam coram notario | et testibus sponte factam vacent, seu si generaliter uel specialiter reseruati, affecti, | deuoluti seu inter quosuis, litis statum etc., litigiosi existant, eidem Thome dignemini | misericorditer prouidere. Non obstante jure quod pretendit habere in certa alia canonicali porcione || dicte ecclesie Tholosane, super quo in dicta curia litigat et cuius (corr. cui) paratus est | renuntiare, dum etc., cum ceteris non obstantiis et clausulis oportunis. Concessum vt | petitur. C[hristophorus] Ariminensis. Dat.

7 b. Ib. f. 200[1] — 1444, Jan. 4. *Altare portatile.* P[lacentin.] — Beatissime pater. Supplicat sanctitati vestre deuotus vester didacus de orrellana | miles et qui etiam vnacum fernando Alfonsi de orrellana | dominus dicti loci de orrellana est, Ciuis de Trugillo placentine diocesis, quatenus || deuocioni sue pie annuentes altare portatile necnon tempore interdicto (corr. interdicti) | etc. in eodem tempore sepulturam pro ipso et vxore sua Elizabeth | cum filiis et filiabus suis in (corr. et) familiaribus suis vtriusque sexus ut in forma | concedere dignemini gratiose, non obstantibus contrariis quibuscumque. Concessum de Altare | portatilj in forma jn presencia domini nostri pape. C[hristophorus] Ariminensis. Dat. ||

1443, Dec. 28. *Prorogatio.*(26) T[erraconen]. — Dignetur sanctitas vestra terminum expedicionis literarum apostolicarum pro deuoto vestro dyonisio | tene clerico Terrachonensi super concessionis gratia sibi facta de perpetua capellania, commensalia | nuncupata, ecclesie Terrachonensis conficiendarum, per duos menses prorogatum (corr. prorogare), licet sanctitas vestra | eidem dyonisio terminum predictum iam per mensem prorogauit seu prorogari mandauit, prout in || supplicatione desuper signata etc. plenius cóntinetur, a fine vltimi prorogati termini computandum de | gratia speciali. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Concessum ad mensem jn presencia | domini nostri pape. C[hristophorus] Ariminensis. Dat.

finitus XXVIIII maij; folia XX. Computatus vltima maij.

8. Reg. Suppl. 396 f. 157[1]. — 1444, Mai. 13. *Vnio.*(27) C[onuenar.] — Beatissime pater, olim Reverendus pater dominus Petrus(28) episcopus Albanensis generalis administrator ecclesie | Conuenarum prouide considerans et attendens, quod causantibus guerrarum | turbinibus, mortalitatum pestibus et alijs sinistris euentibus, quibus partes ille || diutius afflicte fuere,(29) fructus etc. ecclesie collegiate sancti Gaudencij de Sancto | gaudencio Conuenarum diocesis vltra medietatem diminuta (!) et attenuati | erant, propter quod ecclesia ipsa in spiritualibus et temporalibus maxima paciebatur detrimenta | nec illius canonici et alij in ea beneficiati congrue sustentari et onera suppor|tare nequibant, in de Aspello vnum et in de exarlauis aliud necnon in de || pegulhano parrochialibus ecclesijs scolanias, que perpetua sine cura beneficia sunt | et quorum omnium fructus etc. sexaginta librarum turonensium(30) paruorum secundum | communem extimationem valorem annuum non excedunt, mense capitulari dicte ecclesie inter cetera | perpetuo vniuit, annexuit et incorporauit, ita quod cedente vel decedente illa obtinente | liceret etc. Cum autem, pater sancte, deuoti vestri Capitulum dicte ecclesie de vnione huiusmodi || ex certis causis videlicet de illis (!) viribus dubitent, Supplicant eidem sanctitati prefati Capitulum, | quatenus premissa rata et grata habentes

(26) Referendarius: Bartholomaeus Zabarella episcopus Florentinus. Eubel II, 154.
(27) Referendarius: Vapincen. ut supra.
(28) de Fusco O. F. M.; Eubel II, 59.
(29) Correctum ex « fluere ».
(30) « similium » deletum est.

et confirmantes supplantesque (corr. supplentesque) ac sibi, ne vite necessarijs | opprimantur, specialem gratiam facientes, dictas Scolanias prefate mense, cuius fructus | etc...(31) librarum turonensium similium secundum extimationem predictam valorem annuum | non excedunt, et ex quibus nedum canonici sed etiam quam nonnulli in dicta ecclesia beneficiati ‖ prebendati nuncupati sustentari debent seu percipiunt, cum omnibus juribus et | pertinencijs suis perpetuo vnire, incorporare et annectere dignemini de gratia speciali, ita quod liceat | capitulo et canonicis dicte ecclesie, cedente uel decedente scolastico huiusmodi uel eorum aliquo | corporalem possessionem ipsarum scolaniarum apprehendere et fructus huiusmodi in dicte mense | vtilitatibus conuertere ordinarij loci etc. licentia minime requisita, et cum non obstantiis et ‖ clausulis oportunis. Concessum vt petitur pro quotidianis distributionibus interessentibus diuinis | dumtaxat jn presencia domini nostri pape. C[hristophorus] Ariminensis. Dat.

1444, Mart. 18. *Dispensatio.* A[pamiar.] — Supplicat sanctitati vestre deuotus vester Johannes Trauersarij clericus Appamarum diocesis, quatenus | secum, vt non obstante defectu natalium quem patitur de coniugato genitus ‖ et coniugata, ad omnes etiam sacros ordines et quecumque, quotcumque et qualia|cumque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, | administrationes et officia curata et electiua cathedralium etiam Metropolitanarum uel collegiatarum | ecclesiarum et dignitates ipse post pontificales maiores uel principales fuerint, si sibi con|ferantur, aut eligatur uel assumatur ad illa, recipere et quoad uixerit retinere cum ⌜ potestate permutandi.

9a. Ib. f. 281 — Quinternus XV. libri II per fiat Anno XIIII. (Inceptus) IX maij. — 1444, Mai 16. *De fructibus percipiendis.*(32) A[pamiar.] — Beatissime pater. Cum deuotus vester Manaldus trauerserij, | Canonicus expresse professus monasterij de fuxo Apamiarum | diocesis, de sui Abbatis licencia ad literarum studia in(33) loco, ‖ in quo studium vigeat generale, se transferre et studio | insistere desiderat idque parentes eius propencius exoptent; vt | igitur jnibj sustentari valeat, Supplicat sanctitati vestre dictus Manaldus quatenus | sibj, ut per Septennium literarum studio huiusmodi insistendo liceat sibj interim | fructus etc. canonicalis portionis et portionem integram dicti monasterij necnon ‖ cuiusuis per eum interim assequendi beneficij integre percipere et | habere ac abbas pro tempore et Conuentus dicti Monasterij illam | sibi plenarie exhibere teneantur in omnibus et per omnia, ac si in eodem | Monasterio uel beneficio personaliter resideret illosque etiam personis laicis arrendare, | affirmare etc. Cum non obstantiis et clausulis oportunis. Concessum in ‖ presencia domini nostri pape. C[hristophorus] Ariminensis. Dat.

9b. Reg. Suppl. 415 f. 37. — 1447, Jun. 28. *Dispensatio de vberiori.* I[spalen.] – ¶⌜ f. 36' Supplicat sanctitati vestre deuotus orator vester didacus de Penaluer clericus Ispalensis, cum quo dudum super defectu natalium quem patitur de diacono genitus ⌝ et soluta, vt eo non obstante ad minores ordines promoueri et beneficium ecclesiasticum | sine cura obtinere possit, ordinaria fuit auctoritate dispensatum, cuius dispensationis | vigore idem didacus se fecit clericali caractere insigniri, quatenus sibi vt | ipse, dicto defectu non obstante, ad omnes etiam sacros ordines promoueri necnon ‖ quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica cum cura uel sine cura se inuicem | compacientia etiam si Canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes vel officia | etiam curata et electiua in Cathedralibus etiam Metropolitanis seu Collegiatis ecclesijs [et dignitates ipse in cathedralibus et metropolitanis post pontificales

(31) Summa librarum deest et eius loco habetur spatium liberum cum nota marginali: « tale spatium habetur in originali ».

(32) Referendarius : Vapincen. ut supra.

(33) Del. « quo ».

maiores aut in collegiatis ecclesijs](34) huiusmodi | principales fuerint, si sibi apostolica vel ordinaria aut alia quauis auctoritate conferantur, | aut assumatur vel eligatur ad illa recipere et insimul cum potestate tociens quociens, || simul vel successiue, simpliciter vel ex causa permutationis dimittendi et loco dimissi vel | dimissorum uel alia, simile vel dissimile etc., recipiendi et retinendi, retinere libere | et licite possit et valeat, concedere et indulgere ac secum dispensare misericorditer digneminj | de gratia speciali, Pictauensis concilij(35) et alijs constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis etc., | ecclesiarum etc., ac illis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis oportunis. fiat || ut petitur. T[homas]. Dat.(36)

10. Reg. Suppl. | 417 f. 4'. — 1447, Mai. 6. *Nova provisio.*(37) A[ssisien.] — || Beatissime pater, dudum ecclesia siue Capella Rurali(38) sancti Nicolai prope pontem | chiassij in territorio Bastie Assisinatensis diocesis, que sine cura est, in tecto | et hostijs et pro parte in parietibus ruinam paciente, ordinis cruciferorum | et ad collationem generalis dicti ordinis spectante, que gubernari solet per clericos | seculares, per obitum Egidij Lapi secularis presbyteri perusini ultimi possessoris || eiusdem extra Romanam Curiam defuncti vacante, deuotus orator sanctitatis vestre | Ludovicus Antonij, clericus perusinus, eandem ecclesiam seu Capellam de | Licentia dicti generalis sine literarum confectione obtinuit, ac per | aliquos menses pacifice possedit bona fide et conscientia. Verum, pater sancte, | quia idem Ludouicus dubitat, dictam licentiam prefati generalis et inde || secuta certis de causis sibi non suffragari et uiribus non subsistere, | Supplicat sanctitati vestre prefatus orator, quatenus dictam licentiam, auctoritatem et collationem | et possessionem predictas et omnia inde secuta rata et grata habentes | ex certa scientia eiusdem sanctitatis, auctoritate apostolica confirmare et approbare dignemini | supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. || Et nichilominus de dicta ecclesia, cuius fructus etc. florenorum auri quindecim | de Camera(39) secundum communem extimationem ualorem annuum non excedunt, siue ut premittitur, siue alias | quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem | dicti Egidij aut cuiuslibet alterius de illa in dicta Curia uel extra eam | etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto || tempore vacauerit, quod ipsius collatio et prouisio iuxta Lateranensis(40) statuta | concilij legitime sit ad sedem apostolicam deuoluta seu alias generaliter | uel specialiter dispositioni apostolice reseruata, affecta, deuoluta uel litigiosa, cuius litis | statum etc., existat, eidem ludouico(41) etiam de nouo si opus sit, dignemini | misericorditer prouidere. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et ipsius ordinis et ceteris in || contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis et de gratia | speciali. fiat ut petitur. T[homas]. Dat.

Absolutio sive confessionale. — Supplica a la(42) Santita de nostro Segnore Miser Aluise de cadapexaro, | che la Santita de nostro segnore se degna a luy, la so dona, suo fioli || e

(34) Notam hanc adiunxit magister hebdomadarius An[tonius] St[rotius]. v. Hofmann, II, 84 n. 14.

(35) Anno 1284. Mansi, Sacrorum conciliorum nova collectio. 24 (1780) 568.

(36) Supplicatio deleta fuit in registro quod inscribitur: «De vacantibus per concessum»; hinc nota marginalis: «alibi scripta quia per fiat et cassata. An[tonius Strotius]».

(37) Referendarius: [Bernardus Yvest du Rosier episcopus] Vasaten. Eubel II, 263.

(38) Sic legendum esse monet signum correctoris i. e. punctum cum linea.

(39) Martinori l. c. 163 sub: «Fiorino de camera papale».

(40) Anno 1179. Tit. 8 de concessione prebendae. Decret. Greg. IX. lib. 3 cap. 2. Cf. Schmitz - Kallenberg, Practica 9.

(41) Correctum ex «Roderico».

(42) Prius scriptum erat «signoria».

fie, de gratia concedere, che infra Annum lor se possi confessar e comu|nicar, quando e da chi e doue li piasera et semel in articulo mortis | esser assoltj. fiat ut petitur de vtroque. T[homas]. |

Confessionale. — Supplica a la santita de nostro segnore el Spectabile Caualere Miser | Antonio Venier, che le enfrascripte proferte o uero vodi, che luy || per lo tempo passado a fato, le qual fin ora non a possuto adimpir | e per la etade soa li serea colsa difficile a far che andando a sancto | Antonio, che e uno di ditti vodi, la soa santita se degna de soa paterna | clementia asoluere lo da lo resto. Committimus Episcopo Venetiarum, | ut secundum quod ipsius saluti viderit expedire, secum apostolica auctoritate dispenset. T[homas]. |

11. Ib. f. 67. — 1447, Mai. 6. *Absolucio* (43) P[atavien.] — Beatissime pater, dudum deuotus sanctitatis vestre filius leopoldus de Neidegk miles | patauiensis diocesis, pretendens deuotam (44) facturam vestram | N. (45) abbatem monasterij in altach inferiori ordinis sanctj Benedictj dicte | diocesis sibj iniuriatum fuisse, primis motibus, quj in potestate hominum non sunt, || resistere non valens, quadam die in eundem abbatem vnacum complicibus | suis armigeris octo in monasterio manus temere iniecit violentas ipsumque | in curia abbacialj, violando quandam Cappellam consecratam, in eadem ce|pit et ad quoddam castrum suum vinculatum duxit inibique per multos | dies incarceratum citra tamen sanguinis effusionem et enormem lesionem || detinuit deindeque eundem abbatem ad scripta domini Regis Romanorum liberum | dimisit nil ab eodem exigendo. Cum autem, pater sancte, miles et complices | prefati se cum predicto abbate super premissis amicabiliter concordauerunt (corr. concordauerint) | et doleant ab intimis se premissa perpetrasse nec uelint de cetero talia | committere, Supplicant sanctitati vestre miles et complices prefati, quorum complicum || nomina et cognomina presentibus pro expressis habentes, episcopo Patauiensi uel eius | officiali committere et mandare dignemini, quatenus vocatis partibus hinc inde, | si sibj de concordia huiusmodi legitime constiterit aut ipsius abbatis ad | id accedat assensus, militem et complices prefatos ab omnibus et | singulis excommunicationis sententijs alijsque censuris ecclesiasticis et penis a jure uel || ab homine in talia perpetrantes latis, recepto prius ab eis juramento | solito etc., in forma ecclesie (46) auctoritate apostolica absoluat et absolutos ab | eisdem nunciet. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis prouincialibus et Synodalibus | ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque. Cum ceteris non obstanciis et clausulis opportunis. | fiat preuia satisfaccione. T[homas]. Dat. ||

1447, Mai 6. *Reformatio privilegiorum.* J[anuen.] — Beatissime pater, dudum felicis Recordationis Nicolaus dominus papa quartus ad instar sancte memorie dominorum | Innocencij quarti et allexandrj etiam quarti suorum vestreque sanctitatis predecessorum | summorum pontificum deuotis vestris potestatj, consilio et communi Ciuitatis Januensis, | quod ipsi uel aliquis de Ciuitate seu districtu Janue extra Ciuitatem uel ditionem || Januensem trahi non possit in causam per literas apostolicas non facientes plenam et | expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem, quodque nullus ⌜ delegatus uel subdelegatus...

12. Ib. f. 192. — 1447, Mai. 25. *Perinde valere.* P[aduan.] — ac deuoluti nec non generaliter uel specialiter reseruati necnon | etiam litigiosi, cuius primo dicte litis huiusmodi

(43) Referendarius: « proth[onotarius] ».

(44) Del. « creaturam ».

(45) Erhardus de Raithan. Cf. P. Lindner, Monasticon metropolis Salzburgensis antiquae. Salzburg 1908, 323. — Mon. Boica XI (1771) 11.

(46) Correctio subscripta de manu An[tonii de Strotiis].

status habere placeat pro | expresso, existant, cum suppletione defectuum et cum non obstantiis et clausulis | in dictis literis contentis et alijs oportunis. fiat de consensu partium. || T[homas]. Dat.

1447, Mai. 25. *Reformatio.*(47) — Beatissime pater, felicis recordationis Eugenius papa quartus | deuoto oratori vestro Baptiste nicolai clerico Camerinen. diocesis, | alias preposituram sancti laurencij de Jolanguo ordinis (add. sancti) Benedicti | dicte diocesis, commendari gratiose concessit, prout supra in certis supplicationibus || desuper signatis plenius continetur. Verum, pater sancte, licet in vltima | ex dictis supplicacionibus expressum fuerit, quod quidam Antonius Jacobj | dictam preposituram absque concessione apostolica per octo annos et vltra | detinuerat prout detinebat indebite occupatam, tamen ab | aliquibus asseritur, quod ipse Antonius eandem preposituram etiam per quatuor || annos et vltra post spatium octo annorum et vltra huiusmodi occupauit | prout occupat, quodque alias pro presbytero se gerit. Quare pro parte | dicti Baptiste sanctitati vestre humiliter supplicatur, quatenus literas apostolicas super | dictis supplicacionibus conficiendas cum expressione, quod idem Antonius | pro presbytero secularj se gerit, quodque dictam preposituram que beneficium monicale || existit, per duodecim annos et vltra detinuit prout detinet | indebite occupatam, ac etiam quod, vbi in prima supplicatione expressum | fuit, quod possessiones prefate prepositure erant inculte, ponatur, | quod erant male cultiuate et quod ipse Baptista ad meliorem | culturam reducere et domos collapsas reparare intendat. || Cum non obstantiis premissis ceterisque contrarijs quibuscumque et quod | litere desuper conficiende expediantur sub eadem data. fiat ut petitur. | T[homas]. Dat.

Reformatio (48) — Beatissime pater, cum per signaturam supplicationum, cuius copia prescribitur, || jam eadem petita minime venire videantur, supplicat sanctitati vestre prefatus | frater Johannes, qui prioratum beate marie de Nazareno predictum ⌐ non possidet...

13. Reg. Suppl. 434 f. 341. — (Supplicatio originalis) 1448, Nov. 23. *Dispensatio ad incompatibilia.* Similiter *expectatiua* pro Comite et de Baronum genere procreato ac Canonico maguntino etc., necnon de non promouen|do ratione parrochialis ecclesie hinc ad Septennium et quod non obstantie habeantur pro expressis etc. — A. Cor.

Supplicat sanctitati vestre deuotus orator vester Selentinus de Ysenburg de Comitum et Baronum genere procreatus, | rector parrochialis ecclesie in Ketich Treueren. diocesis, quatenus secum ut quodcumque beneficium ecclesiasticum || curatum uel alias incompatibile eciam si dignitas, personatus uel officium in metropolitanis, Cathedralibus uel collegiatis | ecclesijs principalis ac dignitas ipsa electiva uel collativa fuerit eique cura immineat animarum, dummodo alias sibi | canonice conferatur seu assumatur ad illa recipere, illudque vnacum dicta parrochiali ecclesia insimul quoad uixerit retinere | illaque simul uel successiue, simpliciter uel ex causa permutationis, quociens sibi placuerit, dimittere et loco dimissi uel | dimissorum aliud uel alia simile uel dissimile similia uel dissimilia beneficium uel beneficia ecclesiasticum uel ecclesiastica || duo tantum inuicem incompatibilia recipere et similiter, quoad uixerit, libere et licite retinere possit et valeat, Con|stitutionibus apostolicis et alijs in contrarium editis non obstantibus quibuscumque cum clausulis oportunis. | Eciam de speciali ad vitam. fiat ad vitam et de speciali. T[homas]. |

Item (49) Supplicat sanctitati vestre jdem orator vester Selentinus de Ysenburg de Comitum et Baronum genere procreatus, rector | parrochialis ecclesie in Ketich Treueren.

---

(47) Referendarius: Vasaten. ut supra. — In margine sinistro: « Reformatio Baptiste nicolaj super commenda prepositure sancti laurencij de Jolanguo ordinis sancti Benedicti Camerinen. diocesis ».

(48) In margine: « Reformatio Iohannis de narbonesio super certis concessionibus ».

(49) Haec pars deleta est usque: « oportunis ».

diocesis in subdiaconatus ordine constitutus, quatenus secum, ut ratione dicte || parrochialis ecclesie huiusmodi usque ad decennium ad aliquem alium ex sacris ordinibus se minime promoueri facere tene|atur nec ad id a quoquam inuitus cohartarj valeat, dispensare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus | apostolicis ac alijs in contrarium editis non obstantibus quibuscumque cum clausulis oportunis. | Et quod non obstantie (50) dicti S[elentini] habeantur pro expressis. fiat. T[homas]. | Dat.

| Motu proprio dilecto filio Selentino de Ysenburg de Comitum et Baronum genere ex vtroque parente procreato, | Canonico maguntine et Coloniensis ecclesiarum de duobus Canonicatibus cum reseruatione totidem prebendarum ac dignitatis, | personatus, administrationis uel officii curati uel electiui in metropolitanis, Cathedralibus uel collegiatis ecclesiis, aut decanatus | uel archipresbyteratus ruralis fuerint, vacantibus uel vacaturis, spectantibus communiter uel diuisim ad collacionem omnium et singulorum collatorum | et collatricum secularium et regularium etc., (51) etiam ratione dignitatum etc., per eum in confectione literarum in prouinciis maguntina, || Treuerensi et Coloniensi eligendis, eidem (52) conferimus et de illis eciam prouidemus cum inhibicione etc. | Cum non obstantiis et clausulis oportunis. fiat ut petitur. T[homas]. | Et sub data XVIII. kal. julij a. primo. fiat. T[homas]. | Ac ad duo beneficia. fiat. T[homas]. | Necnon ad dignitates, Canonicatus et prebendas in ecclesijs || metropolitanis, Cathedralibus etc. fiat. T[homas]. Recipe datarie.

14. Ib. f. 259. — Exemplum praecedentis supplicationis prouti habetur in registro. Summarium, ut moris est, non transscribitur. Textus registri non correspondet in omnibus cum originali: « Salentinus de Ysenburg » (lin. 2,19); « insimul » pro « similiter » (lin. 13); deest clausula « Etiam de speciali ad vitam » (lin. 16); « beneficiales » manu ipsius Nicolai quinti deletum transscribitur (lin. 16); « procreto » pro « procreato » (lin. 20). In fine (f. 259') habetur « Et ad duo » pro « ac ad duo ». Referendarius in originali supplicatione scripsit nomen suum « A Cor »; in registro transscribitur tantum « Cor ».

15. Reg. Suppl. 445 f. 148' — 1450, Jun. 15. *Officium cursorie.* B[isuntin.] — Supplicat sanctitati vestre deuotus orator vester petrus Iaquetj clericus | Bisuntine diocesis, presens in curia, quatenus sibj specialem facientes | gratiam de officio cursoris vestre sanctitatis et apostolice sedis per obitum | quondam Stephanj Thodesco, illius, dum viueret, vltimj || possessoris nuper apud sedem apostolicam defuncti, vacante, cum | omnibus honoribus, oneribus, juribus, franchisijs, liberta|tibus, vadijs, immunitatibus et emolumentis consuetis prouidere | officiumque ipsum sibi concedere necnon numero et consorcio aliorum | eiusdem sanctitatis cursorum associare pariter et aggregare et quod || de cetero (53) in antea omnibus et singulis prerogatiuis, fauoribus, | exemptionibus, concessionibus, gracijs et jndultis, quibus | ceteri vestre sanctitatis Cursores pro tempore existentes vtuntur | et gaudent ac vtj et gaudere possunt, vtj possit (et) gaudere | valeat, concedere et jndulgere misericorditer digneminj de gratia specialj cum || non obstantiis et clausulis opportunis. fiat vt petitur. T[homas]. Dat. |

1450 Jun. 19. *Dispensatio.* N[anneten.] — Supplicat sanctitati vestre deuota creatura vestra (del. eiusdem sanctitatis) G[uillelmus] (54) episcopus Nan|neten., quatenus cum deuoto oratore vestro Iohannes (corr. Iohanne) de || Gonyn, Rectore parrochialis ecclesie sancti philibertj

(50) Del. « beneficiales ».
(51) Del. « nec ».
(52) Del. « prouidemus et ».
(53) Del. « de cetero ».
(54) Correctio facta per manum Io[sephi] de Brippio. v. Hofmann II, 84.

de grandilacu | Nanneten. diocesis, cuius fructus etc. Sexaginta librarum | turonensium paruorum secundum communem extimationem valorem annuum non | excedunt, ipsius episcopi secretario et familiarj continuo | commensalj, vt vna cum dicta parrochiali ecclesia parrochialem ecclesiam || de paulx, cuius fructus etc. Quadraginta librarum similium | non excedunt, dicte diocesis, si sibj conferatur, recipere et quoad uixerit | retinere illaque simul uel successiue, simpliciter uel ex causa | permutationis dimittere et loco dimissi uel dimissorum ⌜ aliud uel alia etc.

16a. Reg. Suppl. 491 f. 182. — 1456, Jun. 15. *Licentia testandi.* — Dignetur sanctitas vestra deuotis vestris paulo de legendorff | canonico ecclesie warmiensis et Andree Cumpe rectorj | parrochialis ecclesie opidj heilberg warmiensis diocesis, literarum apostolicarum || Scriptoribus licentiam testandj concedere ut in forma | cum clausulis oportunis. fiat in forma. A[lphonsus]. Dat.

16b. Ib. f. 182'. — 1456, Jun. 15. *Confirmatio unionis.*(55) S[iracusan.] — Beatissime pater, dudum deuota creatura vestra Episcopus | Siracusanus, ut cultus diuinus in beate marie | annuntiate de monte et sanctj benedicti ac sanctj saluatoris | terre calatagironis monasterijs monialium Siracusane diocesis || susciperet incrementum ipsisque monasterijs vtilitas amplior | succederet (prius: amplius susciperet) ac dicta terra efficeretur venustior, de consensu et | voluntate capituli ecclesie sue Siracusane, beate marie, cuius septem, | et sancti benedictj, cuius quadraginta, monasteria huiusmodi eidem monasterio | sancti Saluatoris, cuius viginti vnius florenorum auri de camera || fructus etc. secundum communem extimationem valorem annuum non | excedunt, alias ipsa tria monasteria ad inuicem vnus vnum alteri et | e conuerso vniuit, annexuit et incorporauit, prout in actis | curie Episcopalis Siracusane plenius continetur. Quare supplicatur | Sanctitati vestre pro parte(56) Abbatisse et conuentus dicti monasterij sanctj saluatoris, || quatenus annexionem, incorporationem et vnionem huiusmodi et quecumque | jnde secuta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica cum | suppletione defectuum affirmare et(57) approbare dignemini. | Non obstante reuocatione(58) vnionum per Sanctitatem vestram generaliter facta et cum alijs non | obstantiis et clausulis oportunis. fiat et committatur, Si bene factum || sit. A[lphonsus]. Dat.

17. Ib. f. 201. Quinternus vndecimus libro (corr. libri) secundj de vacantibus per fiat Anno secundo Calistj pape tercij.(59) — 1456, Jun. 15. *Resignatio.*(60) L[audunen.] — Beatissime pater, cum deuotus vester Nicolaus | Carlerij perpetuus Cappellanus ad al|tare sanctj valerianj situm in parrochiali || ecclesia sanctj Remigij de Monnanteul(61) | Laudanen. (corr. Laudunen.) diocesis, quam obtinet, | ex certis causis animum suum ad hoc mo|uentibus in manibus sanctitatis vestre resignare | sponte et libere proponat, prout ex || nunc resignat; Supplicat eidem sanctitati vestre deuotus | orator ac familiaris(62) continuus commensalis eiusdem vestre sanctitatis Nicolaus de Tongues, | clericus Nornomen. (corr. Nouiomen.) diocesis necnon literarum apostolicarum Abbreuiator | et in Registro earundem Scriptor, quatenus resignationem huiusmodi | admittentes seu recipi et admittj mandantes prefato

(55) Referendarius: pintor (Ioh.). Cf. v. Hofmann, II, 23, 28 (auditor s. Palatii).
(56) Correctio facta per manum Ioh[annis Rabattae]. v. Hofmann, II, 85 n. 16.
(57) Del. « confirmare ».
(58) Correctio de manu Iohannis Rabattae quin eam firmaverit.
(59) In margine: (inceptus) « XVI. Junij ».
(60) Referendarius: P[etrus Clerici] archidiaconus Brabantinus. v. Hofmann. I, 240.
(61) Hodie Monampteuil.
(62) Correctio de manu Ioh[annis Rabattae].

Nicolao || de Tongues de dicta Cappellania, que sine cura est et | cuius fructus etc. duodecim librarum Turonensium paruorum | secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, | siue per resignationem huiusmodi siue alias quouismodo aut ex | alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem || eiusdem Nicolaj Carlerij uel alicuius alterius de illa in | Romana Curia uel extra (63) eam eciam coram Notario publico | et testibus sponte factam vacet, eciam si deuoluta, affecta, | specialiter uel generaliter reseruata ac litigiosa, litis statum etc., | existat, prouidere dignemini de gratia speciali cum non obstantiis || et clausulis oportunis. fiat ut petitur. A[lphonsus]. | Et quod ipsius Nicolai de tongues non obstantie beneficiales | habeantur pro expressis, non obstante regula Cancellarie, per quam eadem sanctitas vestra | voluit, quod de cetero in quibuscumque impetrationibus beneficialibus | ab eadem sanctitate obtinendis non obstantie beneficiales impetrantium exprime||rentur et quecumque super huiusmodi impetrationibus sine expressione dictarum | non obstantiarum pretextu impetrande fortasse concessionis, quod non obstantie | huiusmodi pro expressis haberentur, expediende litere nullius essent roboris | uel momenti, (64) cui hac vice derogare placeat. || Et cum derogatione predicta. fiat. A[lphonsus]. | Dat.

18. Reg. Suppl. 504 f. 48[1] — 1457, Sept. 13. *Dispensatio.* T[ransilvan.] — Beatissime pater, supplicat sanctitati vestre deuotus vester Nicolaus de Capusez Archidiaconus | de Kacklij de nobili genere procreatus, Transiluanen. diocesis, quatenus || sibi gratiam facientes specialem, ut duo jncompatibilia ecclesiastica beneficia jnuicem, | dummodo due parrochiales ecclesie uel earum perpetue vicarie non fuerint, | etiam si dignitates, personatus, administrationes uel officia in quibuscumque | metropolitanis et Cathedralibus maiores post pontificales et in Collegiatis ecclesijs | principales, curate et elective fuerint, si sibi alias canonice conferantur, eligatur, || assumatur, postuletur, presentetur uel jnstituatur, ac illa recipere et quo|ad uixerit, insimul retinere illaque simul uel successiue, simpliciter vel ex | causa permutationis, quociens sibi placuerit dimittere et loco dimissi | uel dimissorum aliud uel alia, simile uel dissimile aut similia uel dissimilia | duo dumtaxat jnuicem jncompatibilia etiam recipere et insimul, quoad uixerit || retinere libere et licite valeat, lateranensis et generalis conciliorum (prius: concilij) ac | alijs quibusuis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon pro dictarum ecclesiarum, | in quibus huiusmodi compatibilia beneficia forsitam fuerint, statutis et | consuetudinibus, juramento, confirmacione apostolica uel qua|uis alia firmitate Roboratis, | ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, secum misericorditer dispensare || digneminj de gratia speciali, et cum ceteris non obstantiis et clausulis opportunis et necessarijs. | Et ad vitam et de speciali. | Et ad duas dignitates post pontificales maiores. | Et in metropolitanis et Cathedralibus. | Et in collegiatis ad principales dignitates. || Et cum potestate permutandj. | Et quod non obstantie dictj N[icolai] habeantur pro expressis, | non obstante regula per sanctitatem vestram in contrarium edita. | Et cum expressa derogatione regule huiusmodi. fiat. A[lphonsus]. |

Dispensatio. T[ransilvan.] — Eandem gratiam (65) per omnia petit matheus de ocho decretorum || doctor, custos ecclesie Transiluanen. et rector parrochialis ecclesie | in zazorbo ad vitam cum potestate permutandj ut supra, que beneficia | jncompatibilia cum dispensatione apostolice sedis legatj nunc obtinuit, et cum | clausulis opportunis. fiat ut petitur pro vtroque. A[lphonsus]. Dat. ||

---

(63) Del. « illam ».

(64) « Mentio specialis omnium non obstantiarum et expressa, alioquin impetratio sit cassa et nullius momenti ». Ben. XIII., reg. 159. Ottenthal 154.

(65) Del. « petit ».

Beatissime pater, (66) pro parte deuotj oratoris vestri (67) | Albertj Stewerlem Ciuis (u)xorati et Amabilie vxoris | eius legitime humiliter exponitur, quomodo ipsi ex speciali deuotione ad laudem ⌐ et gloriam omnipotentis etc.

19. Ib. f. 82' — 1457, Sept. 17. (Maguntin.) — misericorditer dignemini prouidere seu prouideri mandare, constitutionibus et ordinationibus quibuscumque | non obstantibus et cum clausulis opportunis. fiat ut petitur. A[lphonsus]. | Et quod non obstantie beneficiales dictj Gumperti habeantur pro expressis | non obstante clausula in contrarium edita, cui pro hac vice eadem sanctitas dignetur derogare. || Et cum absolutione a quibuscumque censuris, sententijs etc. quoad effectum presentium. fiat. A[lphonsus]. | Dat.

1457, Sept. 15. *Per ingressum religionis.* (68) P[istorien.] — Beatissime pater, cum beneficium seu cappellania sanctorum vitj et modestj | in ecclesia beate marie in burgo pistorien. per ingressum alicuius | religionis a sede apostolica approbate et professionem eiusdem per || quendam gregorium Ser antonij saluectj clericum florentinum ipsius tunc | possessoris factam uel fiendam vacare speratur siue vacet ad presens; Supplicat | humiliter Sanctitati Vestre deuotus orator vester Iohannes petrus de cremonensibus literarum | apostolicarum scriptor et abbreviator, canonicus pistoriensis, quatenus sibj specialem gratiam | facientes de beneficio seu cappellania predicta, quod seu que sine cura et de || jurepatronatus laicorum existit, si ad id patronorum accedat assensus, cuius fructus | etc. quindecim florenorum aurj de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, siue ut | premittitur, siue alias quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam | resignacionem dictj gregorij uel alterius de illo seu illa in Romana curia uel | extra eam eciam coram notario publico et testibus sponte factam vacet, eciam si tanto || tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta lateranensis statuta concilij ad sedem apostolicam | legitime deuoluta, reseruata, affecta seu litigiosa, cuius litis statum etc., existat, eidem | Iohanni misericorditer prouidere de patronorum consensu digneminj de gratia speciali, constitutionibus et | ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis. | fiat ut petitur. A[lphonsus]. || Et quod religionem ipsam in confectione literarum exprimere possit. | Et quod ipsius Iohannis non obstantie habeantur pro expressis, non obstante | regula in contrarium edita, cui expresse digneminj derogare. | Et cum expressa derogacione dicte regule. fiat. A[lphonsus]. Dat.

1457, Sept. 17. *Per contractum matrimonium.* (69) S[alamantin.] — || Beatissime pater, Cum quidam Iohannes Angeli de cesarinis (70) literarum | apostolicarum Abbreviator laycalia vota aspirans, matrimonium cum quadam muliere | extra Romanam curiam per verba de presentj seu sponsalia de futuro contraxerit, | et propterea quoddam perpetum simplex seruitorium beneficium in parrochialj ecclesia sancti ysidorj Salamantini ⌐ vacare speratur

20. Ib. fol. 96' — 1457, Sept. 20. *Presentialitas quoad preterita.* A[bulen.] — ¶⌐ f. 96. Beatissime pater, alias deuotus vester Iohannes caluj clericus Abulen. diocesis et deuote creature vestre sanctitatis Antonii tituli sancti grisogoni cardinalis ylerdensis (71) familiaris continuus commensalis ad partes pro suis inibj expediendis negociis secesserat, in quibus per vnum integrum annum extra Romanam curiam traxit moram, timet igitur ipse orator propter huiusmodj suam absenciam a dicta curia prerogatiuas et antelaciones curiam Romanam sequentibus per sanctitatem vestram concessas amisisse illaque sibj in gratia sua expectativa eidem per eandem sanctitatem ad collacionem etc. Reverendorum patrum dominorum ¬ Salamantini et

(66) Referendarius: G[uillelmus de Fondera episcopus] Olorensis. v. Hofmann II, 23.
(67) Del. « Abbati Sthewerlem ».
(68) Referendarius: P[aulus de Santafé episcopus] siracusanus. Eubel II, 244.
(69) Referendarius: D[ominicus] torcellanus. Eubel II, 253.
(70) Sub Paulo II. auditor sacri palatii. v. Hofmann II, 28.
(71) Antonius de la Cerda. Eubel II, 10, 167.

Abulensis Episcoporum ac capitulorum singulorumque canonicorum | et personarum predictarum Salamantine et Abulensis ecclesiarum sub data duodecimo | kal. Maij pontificatus eiusdem sanctitatis a. primo gratiose concesserat, suffragari non | debere. Ad igitur omne dubium tollendum, Supplicat eidem sanctitati dominus A[ntonius] Cardinalis || in personam ipsius Iohannis familiaris suj, quatenus ipsum specialibus prosequentes | fauoribus fuisse (72) ac esse intentionis sanctitatis vestre, quod ipse Iohannes quo ad | assecucionem per eum de beneficijs sub dicta sua gratia expectativa comprehensis | faciendam pro presente tunc censeri ac omnibus et singulis prerogatiuis, | fauoribus et antelacionibus, quibus si vere presens in dicta curia || fuisset, potitus et gauisus extitisset eciam in eius absencia potirj et | gaudere debuerit et eius absenciam quo ad hoc nullum sibj penitus | preiudicium attulisse aut afferre debere seu potuisse aut posse ex | certa vestre sanctitatis scientia declarare ac decernere et iuxta hoc judicari debere | digneminj cum non obstantiis et clausulis opportunis. fiat quo ad preterita. A[lphonsus]. | et (73) quod omnes non obstantie dictj Iohannis pro expressis habeantur non obstante regula, cui dignemini derogare. et cum derogatione premissa. fiat. A[lphonsus]. || Dat.

1457, Oct. 4. *Surrogatio.* (74) A[uinionen.] — Beatissime pater, lite in prima instantia in Romana curia | coram Reverendo patre domino Iohanne Iosso causarum palatij apostolicj | Auditore seu eius surrogato inter deuotum oratorem vestrum | petrum gaufredj clericum Auinionen. et quondam pauonum || Aynardj super quibusdam perpetuis cappellanijs duabus, videlicet ad sanctj | michaelis in maiorj, quarum vna per quondam Rodulphum Amicj et | Raymundum eciam amicj et alia per quondam Andream robertj de Secia | fundate fuerunt, et quadam alia ad sancti blasij in sanctj martinj Auinionen. | ecclesijs sita altaria, indecisa pendente, in qua ad nonnullos actus processum || fuit, prefatus pauonus in Romana curia diem suum clausit extremum. | Supplicat igitur humiliter Sanctitati Vestre prefatus petrus, quatenus statum cause huiusmodi pro expresso | habentes, ipsum in omnj jure et ad omne jus, quod prefato panuono in dictis | cappellanijs et qualibet earundem competebat, surrogare et surrogarj mandare | et nichilominus prefato Auditorj uel surrogato aut surrogando committere || et mandare misericorditer digneminj, ut si per euentum litis huiusmodi sibj constiterit, neutrj | ipsorum litigantium in dictis cappellanijs uel ad illas jus competere, illas quarum ⌜ fructus

21. Reg. Suppl. 505 f. 54. — 1457, Nov. 5. *Moratoria.* G[erunden.] — Beatissime pater. Cum deuotus orator vester Petrus | Axerrat presbyter de Capitulo ecclesie Gerundensis nonnullis suis | creditoribus in certa pecuniarum summa, que ad summam | ducentorum florenorum aurj de Camera vel circa ascendere potest, || legitime obligatus existat Et propterea huiusmodi creditoribus instantibus | ordinaria auctoritate vel apostolica monitus, excommunicatus, aggrauatus, reag|grauatus etc. existat, adeo quod diuina audire nec illis se jmisceri cum | conscientia potest. Verum, pater sancte, causantibus nonnullis sinistris euentibus, | que proth dolor dictum oratorem afflixerunt temporibus retroactis, suis || creditoribus huiusmodi minime satisfacere potuerit, prout satisfacere | infra biennium integre, data per eum sufficienti et ydonea |.cautione, intendit, primo et antea Adeo recurrit ad pedes vestre beatitudinis, | vt ad gremium sancte Matris ecclesie reuerti et huiusmodi creditoribus | diligentius soluere possit; Supplicat sanctitati vestre dictus orator, || quatenus de ipso pio affectu compacientes sibique specialem gratiam facientes | alicui probo viro in partibus

(72) Del. « et ».

(73) Correctio marginalis cum subscriptione : « Correcta de mandato domini nostri pape. Io[annes Rabatta] ».

(74) Referendarius : G[uillelmus de Fondera episcopus] Olorensis.

illis committere et mandare digneminj, | vt vocatis creditoribus predictis, quj in maiorj parte absolutionj huiusmodi | consentire volunt ac prestita cautione ydonea et sufficienti per | dictum oratorem de integre omnibus et singulis creditoribus || sepe dictis infra dictum Biennium satisfaciendo etiam viuente oratore | vel mortuo a sententiis predictis absoluat, concedere misericorditer dignemini de | gracia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis | opportunis. fiat Constito de consensu maioris partis creditorum | vt petitur. A[lphonsus]. Dat. ||

1457, Nov. 5. *Commissio priuationis.* (75) G[ebennen.] — Beatissime pater. Cum quidam Iacobus (76) Tillieti assertus | presbyter Gebennen. diocesis, suorum status et honoris ac proprie | salutis immemor ac bublicus (!) concubinarius et manifestus | vsurarius existens simonie labem aliosque plures nephandos || excessus committere, exercere et facere non expauerit in anime sue periculum, | exemplum perniciosum et scandalum plurimorum; vnde et propterea | dictus Iacobus duabus in de heyriaco necnon altera in sancti ⌜ donati

22. Ib. f. 209[1]. — 1457, Nov. 5. V[enetiar.] — existat, prefato marco prouidere misericorditer digneminj de gratia speciali, non obstante, quod | ipse quondam (corr. quoddam) perpetuum beneficium mansionariam nuncupatam in dicta ecclesia | venetiarum, quod per assecutionem dimittere paratus est, obtinet, et alijs | contrarijs cum clausulis opportunis. fiat ut petitur. A[lphonsus]. Dat. ||

1457, Nov. 10. *Per Asequtionem.* (77) P[lacentin.] — Supplicat sanctitati vestre deuotus vester Petrus garsie de Castrodelrio, | clericus Corduben. diocesis, deuote creature vestre B[essarionis] Episcopi | Tusculani Cardinalis Nicenj (78) familiaris continuus commensalis, quatenus sibi | specialem gratiam facientes de parrochiali ecclesia seu beneficio curato sanctj || Iacobj de alcollarnj placentine diocesis, cuius fructus etc. viginti | quatuor librarum turonensium parũorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, vacante uel dum | vacabit per assecutionem pacificam Archipresbyteratus de Tragillo, quj | dignitas curata extra tamen Cathedralem ecclesiam existit seu reputatur dicte | diocesis placentine, per deuotum vestrum Petrum Alphonsi alcamirano || ipsius ecclesie seu beneficij possessorem auctoritate apostolica factam seu fiendam, siue | ut premittitur, siue alio quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona, | seu dicta parrochialis ecclesia seu beneficium huiusmodi per constitutionem « execrabilis » aut | ecclesia seu beneficium huiusmodi per liberam (79) dictj petrj Alfonsi uel | alterius cuiuscumque (80) de illa in Romana curia uel extra eam || eciam coram notario publico et testibus sponte factam resignationem vacet, eciam si | tanto tempore vacauerit, quod eius collatio juxta lateranensis statuta concilij ad | sedem apostolicam legitime deuoluta ipsaque ecclesia seu beneficium huiusmodi dispositionj | apostolice specialiter uel alias generaliter reseruata, affecta et inter aliquos, cuius | statum etc., in dicta curia uel extra eam litigiosa existat, eidem Petro garsie || prouidere digneminj de gratia speciali, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs | non obstantibus quibuscumque et cum clausulis opportunis. fiat ut petitur. A[lphonsus]. | Et quod non obstantie dictj Petrj garsie habeantur pro expressis, | regula Cancellarie apostolice in contrarium desuper edita non obstante, cui pro hac vice | expresse derogare digneminj. fiat. A[lphonsus]. Dat. ||

---

(75) Referendarius: D[ominicus de Dominicis episcopus] Torcellanus. Eubel II, 253.
(76) Correctio facta per M[artinum episcopum Marturanensem]. v. Hofmann II, 85 n. 17.
(77) Referendarius: Honofrius Tricaricensis. Eubel II, 255.
(78) Eubel II, 8, 61.
(79) Del. « resignationem ».
(80) Del. « persona ».

1457, Nov. 5. *Si neutri.* (81) P[osnanien.] Beatissime pater, lite pendente in prima jnstantia in vestro sacro palatio | causarum coram certo illius auditore inter deuotum vestrum Nicolaum | de Glambotzetz Archidiaconum Poznaniensem actorem ex vna ⌜ et quemdam Andream Iohannis pfaffkonis reum et detentorem etc.

23. Ib. f. 217[1]. — 1457, Nov. 23. *Indulgentia.* — Beatissime pater, cum a viginti annis citra quidam pauper, deo deuotus | et inventio (corr. iuvenis) tercij ordinis sancti francisci religiosus cupiens vitam | solitariam et heremitticam deducere, quodam (corr. quoddam) maximum nemus | de breyo (82) nuncupatum solitarium et horridum adijt et jnibj || succedente tempore, altissimi destera sibi assistente, quandam jn honorem | sub vocabulo sancte ac jndiuidue trinitatis Capellam cum pluribus Cellulis | pro ipsius et non nullorum aliorum deo deuotorum heremitarum in jbi existentium | habitacione et mantione pijs christi fidelium, quj ad eandem Capellam | et heremitas predictos singularem deuotionem gerunt, suffragijs et elemosinis || edificarj et construj procurauit et in dies suffragiorum huiusmodi auxilio | locus ipse amenior fit, ad quam sepius nobiles et alij dictarum partium | vtriusque sexus persone pro singularj eorum animarum serenitate accedunt. | vt igitur, pater sancte, locus ipse augmentarj et ipsi heremite jnibj pro tempore existentes | ex suffragijs et elemosinis ipsorum fidelium congruentius valeant sustentarj, || Supplicat eidem sanctitati deuotissimus eiusdem sanctitatis et sancte Romane ecclesie filius nobilis vir | Iohannes Calabrie et Lotharingie dux, qui ad Capellam et locum huiusmodi | singularem gerit deuotionem, quatenus omnibus et singulis fidelibus predictis quj in | eiusdem jndiuidue trinitatis, natiuitatis dominj nostri Iesu christi, resurrectionis | et penthecostes, singulis beate marie et alijs omnibus et singulis per Cancellariam || darj solitis Solempnitatibus et festiuitatibus eorumque octabis Capellam huiusmodi | confessis (corr. confessi) et contritis (corr. contriti) deuote visitauerint et manus ad ampliationem, | constructionem et restaurationem dictorum Capelle et locj manus porexerint | adiutrices, pro qualibet dictarum solempnitatum, festiuitatum et octabarum decem | annos et totidem quadragenas de jniunctis eis penitentijs et de conficiendis || literis perpetuo daturis misericorditer relaxari concedere et jndulgere misericorditer | digneminj de gratia speciali, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum | clausulis opportunis. fiat ut petitur de septem annis et totidem quadragenis | in festis cancellarie. (83) A[lphonsus]. | Et de decem (84) annis et totidem quadragenis. || Et in sollemptitatibus et festiuitatibus ac | octabis per Cancellariam darj solitis. | Et quod sit perpetua. | Et quod litere gratis de mandato eiusdem sanctitatis vbique expediantur | attenta paupertate et jnopia vite dictorum heremitarum. fiat ut supra. A[lphonsus]. || Dat.

24. Reg. Suppl. 509. f. 97[1]. — 1458, Apr. 22. *Ad jnstar.* (85) B[isuntin.] — ¶⌜ f. 97 Dudum siquidem dilecto filio Iohanni Bisuntij, clerico cabilonen. diocesis familiari nostro continuo commensali videlicet sub data duodecimo kal. Maij pontificatus nostri anno primo, specialem⌝ gratiam facere volentes ei de Canonicatu sub expectatione prebende ecclesie sancti | Anatholij de Salinis Bisuntine diocesis necnon de beneficio ecclesiastico cum | cura vel sine cura et ad collationem tunc expressam sub certis modo | et forma concessimus, prout in literis apostolicis desuper confectis

---

(81) Referendarius: Dominicus Torcellanus.

(82) Briey in Lotharingia, (hodie Meurthe et Moselle). Eremitorium vocabatur Chapelle-au-bois. Gonzaga, De origine seraph. religionis. Romae 1587 p. 588: « De conventu seu eremitorio S. Trinitatis ». La France franciscaine I (1912) 119.

(83) Correctio de manu Io[hannis].

(84) Correctio de septem annis ommissa est.

(85) Magister hebdomadarius: Georgius de Nuvolonibus. v. Hofmann II. 85.

et processibus || inde habitis, quorum vigore parrochialem ecclesiam de Alerieto Cabilonensis | diocesis, cuius fructus etc. Triginta librarum Turonensium paruorum secundum communem extimationem | valorem annuum non excedunt, per obitum Quondam Guidonis Batonerij illius | vltimj possessoris extra Romanam curiam defunctj, quam vt creditur | possidet, acceptauit et de illa sibi prouiderj obtinuit, plenius continetur. || Nos igitur dicto Iohannj ampliorem gratiam facere volentes, Motu proprio | gratiam et literas predictas cum reseruationis, inhibitionis et decreti ac alijs | in illis contentis clausulis necnon prefatis processibus ab eorum omnium | data et quecumque inde secuta in suum plenum et pristinum robur ipsumque | Iohannem ad illarum totalem consequendum effectum plenarie in eo statu, || in quo, antequam dictam ecclesiam acceptaret, quomodolibet exsistebat, | auctoritate apostolica in integrum restituimus, reponimus ac etiam reualidamus. Et | nichilominus, dicto Iohannj, vt in assecutione dictorum Canonicatus et prebende | necnon beneficij huiusmodi omnibus et singulis priuilegijs, antelacionibus, prerogativis, | decretis et indultis concessis quam concedendis, quibus nonnulli nostri antiquj || familiares continuj commensales in quibusdam literis eis concessis, et in quibus | quondam Petrus clementis primo loco descriptus fuit, vtuntur et | gaudent ac vti, fruj et gaudere possunt siue poterunt quomodolibet | in futurum, vti valeas pariter et gaudere in omnibus et per omnia ad | eorundem familiarium instar, sine tamen eorum preiudicio, Motu simili concedimus || et indulgemus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. fiat si non obtinuit. A[lphonsus]. | Et ad instar antiquorum familiarium | Cum declarationibus etc. vt prefertur. | Et sub primis processibus et ab eorum data ut prefertur. | Et cum absolutione a sententijs, censuris et penis etc. ad effectum gratie. fiat ut supra. A[lphonsus]. || Dat.

25. Ib. f. 144[1]. — 1458, Apr. 22. *Priuatio in forma juris.* G[ayetan.] — Beatissime pater, cum quidam Iacobus Rubeus, qui se gerit pro || primicerio et Canonico ecclesie Gayetane, propter nonnulla eciam | grauia excessus et crimina, que maligno instigante spiritu commisit, | et perpetrauit de mandato Reuerendi patris domini Episcopi Gayetanj captus | fuerit et in carceribus detinetur ad presens asseraturque ab aliquibus, | quod dictus Episcopus ipsum Iacobum propterea ac propter furtum et sacrilegium || per ipsum eciam commissum ac alia sua culpas et demerita beneficijs | ecclesiasticis que obtinet et in breui priuarj debeat, Supplicat | sanctitati vestre deuotus orator vester Iohannes Ribas presbyter Cesaraugustane | diocesis in Capella Illustrissimj principis domini Alphonsi Regis | Aragonum Scholaris, quatenus sibi specialem gratiam facientes de || primiceriatu dicte ecclesie Gayetane, qui inibi dignitas non tamen | maior post pontificalem existit, Necnon Canonicatu et prebenda | predicte ecclesie, quorum omnium fructus etc. quadraginta florenorum aurj | de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, cum illos per priuationem | Iacobi huiusmodi, ut prefertur, vacare contigerit, eciam si iam, ut premittitur, || siue alias quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per | liberam resignationem eiusdem Iacobi aut cuiuslibet alterius | de illis in Romana Curia uel extra eam eciam coram Notario | publico et testibus sponte factam jpseque primiceriatus per | constitutionem « execrabilis » vacent, eciam si tanto tempore va||cauerint, quod eorum collatio iuxta lateranensis statuta concilij | ad sedem apostolicam legitime deuoluta seu generaliter uel specialiter | dispositioni apostolice reseruata, affecta aut litigiosa, cuius litis statum etc., existant, | eidem si illi adhuc per priuationem dictj Iacobi immediati predecessoris | in eisdem vacare repperiantur, jpseque primiceriatus curatus et electivus || sit, eidem Iohannj prouidere seu prouideri mandare dignemini de | gratia speciali. Cum non obstantiis et clausulis oportunis. fiat in forma juris | et committatur. A[lphonsus]. Et quod ipsius Iohannis non obstantie quecumque habeantur | pro expressis non obstante

regula in contrarium edita. Et cum derogatione oportuna || huiusmodi regule. fiat vt supra. A[lphonsus]. (86) Dat.

26. Ib. f. 179. — 1458 Jun. 3. *Si neutri.* (87) A[rgentin.] — Beatissime pater, lite pendente in prima instantia in vestro sacro palatio causarum | (88) coram certo illius Auditore inter deuotum vestrum Ioseph hutgel | clericum argentinum actorem ex vna et quondam tomam Roppen|heum reum et detentorem de et super canonicatu et prebenda collegiate et || secularis ecclesie sancti stephanj argentini rebusque alijs anteactis cause huiusmodi | deducende et eorum occasione partibus ex altera, a nonnullis asseritur, neutri dictorum | Ioseph et thome in seu ad dictos canonicatum et prebendam jus competere ipsosque adhuc vacare, | Supplicat igitur sanctitati vestre dictus Ioseph, quatenus litis huiusmodi statum presentibus pro | sufficienter expressis habentes sibique specialem gratiam facientes, dicto domino Auditori seu || alteri cuicumque in eius locum surrogato uel surrogando judici siue Auditori co-| mittere et mandare dignemini, ut si per euentum litis huiusmodi constiterit, neutri dictorum | Ioseph et thome jus in seu ad dictos canonicatum et prebendam competere, eosdem canonicatum et | prebendam, quorum fructus etc. sex mancarum argenti communis extimationis valorem annuum non excedunt, siue per | obitum quondam Iohannis Schol, nouissimi illorum, dum viueret, possessoris extra || Romanam curiam defuncti, siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona, obitu | uel facto, seu per liberam dicti quondam Iohannis aut cuiusuis alterius in dicta curia | uel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam resignationem vacent, | etiam si deuoluti, affecti aut generaliter uel specialiter reseruati seu inter quoscumque alios | ubilibet litigiosi, litis statum etc., existant, eidem Ioseph conferat et assignet ac || eciam prouideat de eisdem, non obstante defectu natalium, quem jdem Ioseph patitur | de presbytero genitus et soluta, cum quo dudum per eos, qui basilee sub nomine generalis | concilij congregati erant, ut defectu huiusmodi non obstante ad omnes etiam sacros | ordines promouerj et duo beneficia ecclesiastica, eciam si (89) alteri eorum cura imineret animarum, re|cipere et retinere posset, extitit dispensatum, quique dispensationis huiusmodi vigore || perpetuam capellaniam in capella augioruperti extra muros argentinos fundata, | cuius fructus trium marcarum similium dicta extimatione valorem annuum non excedunt, extitit assecutus, | quam quidem dispensationem, quatenus opus sit, auctoritate apostolica confirmare et aprobare aut | saltem de nouo dispensare literasque apostolicas super presentibus conficiendas in forma noue uel | simplicis prouisionis, si nulli, si neutri, surrogationis uel perinde ualere aut alias, prout || eidem Ioseph utilius fuerit, in cancellaria apostolica et alias ubilibet expediri mandare ⌜dignemini.

27. Ib. f. 190. — 1458, Apr. 27. (*Nova provisio.* Albien.)..... — 1458, Maii 13. *Si in euidentem.* (90) A[lexandrin.] — || Beatissime pater, Cum domus et conuentus sancti Blandulinj | Allexandrin., ordinis humiliatorum habeant quandam possessionem | sitam in loco ville fori in territorio Alexandrino juxta suos | fines, que adeo guerrarum turbinibus deuastata est, quod juxta | jpsius possessionis quantitatem domus et conuentus predicti paruam || recipiunt vtilitatem et reparatione maxima plurimum jndiget | euidenter nec (91) ad illam cum suis

---

(86) Correctio marginalis de manu Georgii de Nuvolonibus, qui in initio et in fine suum nomen « G[eorgiu]s » apposuit.

(87) Referendarius: A[mbrosius de Camerato episcopus] Electensis. v. Hofmann I, 232.

(88) Del. « auditore ».

(89) Del. « ex ».

(90) Referendarius: Dominicus Torcellanus.

(91) Del. « non ».

adiacencijs reparandam | vires et facultates domus et conuentus (92) eorundem minime suppetunt, que si | ad liuellum perpetuum concederetur et locaretur, domus || et conuentus predictj multo maiorem vtilitatem perciperent | annuatim quam in presentj percipiant ac possessio ipsa expensis | jllam conducentis ad culturam deduceretur. (93) Supplicant igitur | Sanctitati vestre prepositus et conuentus domus predicte, quatenus eis specialem | gratiam facientes eisdem preposito et conuentuj possessionem predictam || ad (94) perpetuum liuellum in euidentem domus et | conuentus eorundem vtilitatem locandj et concedendj facul|tatem libere et licite concedere dignemini de gratia specialj. Cum non | obstantiis et clausulis oportunis. fiat ut petitur si in euidentem et | committatur. A[lphonsus]. || Et quod nomen et congnomen (corr. cognomen), confinia, qualitates, | quantitates et valores predicte possessionis habeantur pro expressis. fiat A[lphonsus]. | Dat.

28. Reg. Suppl. 563 f. 8'. — 1463, Jun .2. *Deputatio judicum.* (95) — ¶ f. 8 Beatissime pater, licet deuotus orator vester fernandus aluarj de Almeydo clericus egitanien. diocesis, vester et apostolice sedis notarius propter officium prothonotariatus sedis predicte quod obtinet, ab omni ordinaria jurisdictione, dominio et potestate exemptus et cum omnibus bonis et rebus prefate sedi subjectus existit et huiusmodi exemptione et jmmunitate non obstantibus ad diuersa iudicia secularia et coram diuersis judicibus secularibus nonnulle persone ipsum conueniri nituntur, jdcirco ad obstruendum ora obloquentium cupit sibi per vestram sanctitatem judices deputarj, coram quibus de se querelantibus teneatur de justitia respondere nec ipse teneatur coram alio quam sede apostolica aut dele ¬ gatis vel subdelegatis eiusdem seu predictis judicibus | ad judicium euocarj, quare pro parte dicti fernandj sanctitati vestre humiliter | Supplicatur, quatenus suo pio compatientes affectu, aliquibus probis viris in | partibus illis degentibus cum clausula, quatenus ipsi vel duo aut || vnus eorum, committere et mandare, ut omnes et singulas causas | ecclesiasticas, ciuiles et criminales vel mixtas quas ipse fernandus | contra quoscumque clericos etc., religiosos quorumcumque ordinum | etiam exemptorum per (96) alios vel per eos aut aliquem ipsorum | contra dictum fernandum mouerj contigerit, vocatis qui fuerint || euocandj, audiant et appellatione remota debito fine decidant | faciantque quod (97) decreuerint (98) firmiter obseruarj. | Et nichilominus omnibus et singulis officiarijs regijs et quibuscumque | alijs cuiuscumque dignitatis, status, gradus, preeminentie vel condicionis | fuerint, ne contra ipsum fernandum eiusque res aut bona procedere || vel de illis se intromittere quoquomodo presumant, jnhibere | ac decernere omnes et singulos processus, sententias, censuras | et penas, quos et quas contra predictum fernandum eiusque res | et bona presentia et futura forsitan habere vel promul|garj contigerit, nullius existere firmitatis. Contradictores || etc. Necnon decernere et declarare, quod quilibet eorum | prosequj valeat articulum etiam per alium inchoatum, licet | alter etc., ac eorum cuilibet perpetuata potestas etc., non obstantibus | felicis recordationis bonifacij pape VIII. de vna et in concilio | generali de duabus dietis et alijs constitutionibus et ordinacionibus || apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque Cum clausulis necessarijs et oportunis. | Concessum ut petitur et (99) deputetur ordinarius in presentia domini nostri | pape. ag[abitus] anchonitanus. Et cum jnhibitione, decreto et declaratione | premissis. Concessum. ag[abitus] anchonitanus. Dat.

---

(92) Del. « predictj multo maiorem utilitatem » per correctorem G[eorgium de Nuvolonibus].

(93) Correctio de manu G[eorgii de Nuvolonibus].

(94) Del. « perpetuam ».

(95) Referendarius: Ag[abitus Cenci-Rustici episcopus] Anchonitanus. v. Hofmann II, 131.

(96) Signum correctoris indicat errorem scriptoris.

(97) Del. « j ».

(98) Del. « per censuram ecclesiasticam ».

(99) Del. « committere ordinario ». Correctioni marginali additur: « Correcta de mandato sanctissimi domini nostri pape per Reuerendum patrem dominum agabitum anchonitanum facta per me f[ranciscum] de Roda ». v. Hofmann II, 85.

1463, Mai 26. *Dispensatio.*(100) L[eonen.] — || Supplicat sanctitati vestre deuota creatura vestra Alanus tituli sancte | praxedis presbyter Cardinalis, quatenus sibi in personas dilectorum | nepotum suorum Cristoforj et Ludouicj de penmarch | clericorum leonen. diocesis, de militarj genere procreatorum et | parisius studentium, gratiam facientes specialem eisdem cristoforo, || qui in decimonono vel circa, et ludouico, qui in decimooctauo ⌜ vel etiam circa suarum etatum annis constituti existunt etc.

29. Ib. f. 43. — 1463, Jun. 11. *Permutatio.* — Et quod omnes non obstantie dictj Iohannis habeantur pro expressis. | Et cum absolutione a quibuscumque excommunicationis etc. | Ad effectum huiusmodi gratie dumtaxat consequendum. Concessum. Ag[abitus] Anchonitanus. | Dat. ||

1463, Jun. 14. *Mandatum gratis.*(101) B[?] — Dudum si quidem felicis recordationis Calistus papa tercius predecessor noster(102) | Taxatorj, Rescribendario et Computatorj tunc | presentibus et futuris omnibus aliis et singulis pro | tempore literarum apostolicarum scriptoribus ac Cancellarie apostolice officialibus || Romane curie ad expedicionem literarum apostolicarum deputatis | uel deputandis cuilibet in solidum, quatenus sub pena excommunicationis | late sententie omnes et quascumque eciam duplicatas literas | apostolicas tam gratiam quam justiciam continentes simplices et | legendas, eciam si alique(103) || ex quaterno Cancellarie apostolice sumpta uel copie tam | supplicationum quam Bullarum ex dictis registris transumj deberent, | quam nonnullis sacrj palacij apostolicj causarum auditoribus tunc expressis | expediendas, quociens et quandocumque pro ipsorum auditorum | et cuiuslibet ipsorum forent requisitj, gratis et libere absque || alicuius taxe (uel) solucione scriberent, darent, traderent, | expedirent eciam motu proprio mandauit et concessit, quam | quidem gratiam, concessionem et mandatum nos postmodum | confirmauimus, prout in diuersis cedulis et supplicationibus desuper | signatis, quarum tenorem etc. habemus pro expressis, plenius || continetur. Cupientes igitur, ut dilectus filius magister Antonius | de Grassis,(104) qui postea Capellanus noster et causarum dictj palacij | auditor effectus ac collegio aliorum coauditorum aggregatus | fuit et in dictis Supplicationibus descriptus non est, paribus | gratia, mandato et concessione fruatur, motu simili rescribendario, || taxatorj, computatorj, scriptoribus, officialibus prefatis | sub simili pena excommunicationis late sententie mandamus, | quatenus omnes et singulas literas huiusmodi pro dicto magistro | Antonio absque difficultate qualibet et quociens opus | fuerit, libere et gratis scribant, expediant et tradant || in omnibus et per omnia alias juxta formam et tenorem ⌜ concessionum et mandatorum predictorum, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. fiat motu proprio. E[neas]. Volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod presentis supplicationis siue cedule sola signatura sufficiat ac si litere apostolice desuper confecte forent. fiat. E[neas].

30. Ib. f. 81. Quinternus quintus librj vndecimi per fiat Anno Quinto.(105) — 1463, Mai. 27. *Noua prouisio.*(106) T[ullen.] — Beatissime pater. Nuper vacante parrochialj ecclesia de | Eresia combusta Tullensis diocesis per obitum quondam | Iohannis Coquer alias de frouardo, ipsius || ecclesie Rectoris, dum viueret, extra Romanam | curiam deffunctj, deuotus orator

(100) Referendarius: Ag[abitus] Anchonitanus.

(101) Referendarius: V[ianisius Albergatus] Protho[notarius] Bon[oniensis]. — Magister hebdomadarius: Georgius de Nuvolonibus.

(102) v. Hofmann II, 23. n. 91.

(103) Del. « et quascumque eciam duplicatas ».

(104) Bononiensis, hinc forsan in capite supplicationis habetur « B[ononien.] ». — v. Hofmann II, 28; 134.

(105) In margine: inceptus « die VIII. Junij ».

(106) Referendarius: Ag[abitus] Anchonitanus.

vester Alardinus | Iohannis clericus dicte diocesis, de illa sic | vacante ordinaria auctoritate sibj obtinuit prouiderj | possessione minime subsecuta. Verum, pater sancte, || dictus orator ex certis causis animum suum mouentibus | dubitat, collationem et prouisionem sibj factas | huiusmodj viribus non subsistere. Supplicat | humiliter Sanctitati Vestre deuotus orator, quatenus sibj specialem | gratiam facientes (107) de dicta parrochialj ecclesia, cuius fructus etc. || quindecim librarum turonensium paruorum secundum communem extimationem valorem annuum | non excedunt, siue ut premittitur, siue alias quouismodo aut ex alterius | cuiuscumque persona seu per liberam Resignacionem dictj Iohannis uel | alicuius alterius de jlla in Romana curia uel extra eam eciam coram notario | publico et testibus sponte factam aut constitutionem « execrabilis » uel assecucionem || alterius beneficij quauis auctoritate collatj vacet, eciam si generaliter uel | specialiter reseruata, deuoluta, affecta, litigiosa, litis cuius statum etc., existat, | eidem Alardino prouidere secumque super deffectum etatis, quem patitur | in vicesimotercio uel circa sue etatis anno constitutus, dispensare | digneminj misericorditer de gratia specialj, lateranensis concilij ac constitucionibus et ordinacionibus apostolicis || ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque et cum clausulis necessarijs et alijs | oportunis. Concessum ut petitur in presentia domini Nostri pape. Ag[abitus] Anchonitanus. | Et cum dispensatione etatis in vicesimotercio anno etc. Concessum. | Ag[abitus] Anchonitanus. Dat. ||

1463, Mai, 11. *Extinctio pensionis.* (108) S[enen.] — Motu proprio etc. dilecto filio Mariano ordinis camaldulensis, | professorj monasterij de quarto extra muros Senenses ordinis | Cisterciensis, quamprimum vacabit seu vacet ad presens per promocionem ⌜ de persona dilecti filij Iohannis etc...

31. Reg. Suppl. 629 f. 141. — Quinternus octavus librj decimiseptimj per fiat. (109) — 1468, Aug. 31. *Per constitutionem execrabilis.* (110) G[ayetan.] — Beatissime pater, Cum parrochialis ecclesia | sancti laurentij de mola gayetane | diocesis, quam quidam gabriel lalegre || Rector parrochialis ecclesie sancti Iohannis | de mari gayetani vnacum dicta | parrochiali ecclesia sancti Iohannis per annum | et ultra absque alica (corr. aliqua) canonica | dispensatione detinuit et, prout || detinet, indebite occupat, per constitutionem « execrabilis » | vacauerit ac vacet ad presens, Supplicat humiliter sanctitati | vestre deuotus orator vester petrus puy presbyter canonicus | sancti Nicolai in carcere tuliano (111) de vrbe et deuote creature | vestre R[oderici] sancti Nicolai in Carcere tulliano diaconj || Cardinalis sancte Romane ecclesie vicecancellarij familiaris continuus | commensalis, quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia, cuius | fructus etc. quadraginta librarum turonensium paruorum secundum communem extimationem | valorem annuum non excedunt, siue ut premittitur, siue alias | quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona siue per || liberam resignationem dicti gabrielis uel alicuius alterius | de illa in Romana curia uel extra eam etiam coram | notario publico et testibus sponte factam, aut assecutionem | alterius beneficij apostolica uel ordinaria auctoritate eidem | Gabrieli collati vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, || quod eius collatio juxta lateranensis statuta concilij sit | ad sedem apostolicam legitime deuoluta, etiam si specialiter | uel generaliter reseruata, deuoluta, affecta aut | inter aliquos in Romana curia uel extra eam litigiosa | sit, litis statum etc., dignemini misericorditer prouidere, cum non || obstantiis et clausulis oportunis. Concessum ut petitur in | presentia domini nostri pape.

---

(107) Signum correctoris indicat lacunam textus.
(108) Referendarius: Ag[abitus] Anchonitanus.
(109) In margine: « Inceptus VII. septembris ».
(110) Referendarius: Io[hannes Baptista de Mellinis episcopus] Urbinaten. Eubel II, 260; v. Hofmann II, 100.
(111) Correctio marginalis facta ab ipso scriptore, cui subscribit « Io. F. »

Io[hannes] Vrbin[atensis]. | Et quod non obstantie dictj petrj | habeantur pro expressis. | Et cum absolutione a censuris ⌜ ad effectum gratie. Et cum clausula generalem reseruationem importante. Concessum.

32. Ib. f. 200. — 1468, Sept. 13. *Nova prouisio.* V[alentin.] — ⌜ aut ⌝ constitutionem « execrabilis » seu alias ex qualitate beneficij seu persone | etc. specialiter uel generaliter reseruata et inter aliquos jn Romana | curia uel extra eam litigiosa, cuius litis statum etc., existat, eidem | Iohannj oratorj misericorditer prouidere digneminj de gratia specialj. In contrarium || facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis. fiat | vt petitur. P[etrus]. | Et cum clausula generalem reseruationem jmportante. | Et quod omnium premissorum verior specificatio | jn Cancellaria apostolica fierj possit. || Et quod non obstantie dictj oratoris habeantur pro expressis. | Et cum absolutione ad effectum presentium etc. fiat. P[etrus]. | Dat.

1468, Sept. 14. *De non promouendo.*(112) T[iburtin.] — Beatissime pater. Cum deuotus orator vester Iohannes Leonardj | subdiaconus Romanus, Rector ecclesie sancti laurentij extra || muros Tiburtinos jn v(i)cesimo tertio sue etatis anno constitutus, | ratione parrochialis ecclesie (113) huiusmodi artatur ad sacerdotium | promouerj, jdcirco Supplicat sanctitati vestre prefatus Iohannes, quatenus | ipsum fauoribus sedis apostolice prosequentes, secum, vt non obstante | etatis huiusmodj deffectu et (114) jn illius etatis anno constitutus jn altero beneficiorum suorum aut jn studio, || jn quo illud viget generale, seu jn Romana curia jn seruitio | alicuius Cardinalis aut prelatj ad diaconatus et presbyteratus | ordines hinc ad septennium a data presentium se promouerj | minime facere nec a quoquam quauis auctoritate compellj aut | coartarj possit, dispensare et jndulgere digneminj de gratia || specialj. Nec parrochialis ecclesia huiusmodi propterea vacare censeatur, | Constitutionibus apostolicis ceterisque jn contrarium facientibus non obstantibus | quibuscumque cum clausulis opportunis. Concessum vt petitur jn presentia | dominj nostrj pape. Pe[trus] Tirasonensis. | Et hinc ad septennium vt petitur.(115) || Concessum. Pe[trus] Tirasonensis. | Dat.

33. Ib. f. 201[1]. — 1468, Aug. 22. *Comenda.*(116) V[ercellen.] — Beatissime pater. Cum commenda prioratus sancti Petrj | de belino ordinis sancti Benedictj Vercellen. diocesis | per obitum quondam Eusebij de Margana sanctitatis vestre cubi|cularij apud sedem apostolicam defunctj, eo quo vltimo || sibi facte commende modo vacabat, cessare noscatur | ad presens, Supplicat sanctitati vestre deuotus orator eiusdem Bernardinus | de Rippa clericus Taruien. (corr. Taurinen.) diocesis, de nobili et | militarj genere ex vtroque parente procreatus, in Sexto|decimo sue etatis anno constitutus, quatenus sibi specialem || gratiam facientes prioratum predictum, qui conuentualis non | est (117) cuique cura imminet animarum, cuiusque fructus | etc. octuaginta florenorum aurj de camera secundum communem extimationem valorem annuum | non excedunt, siue eo, quo vltimo eidem Eusebio facte || commende (118) vacauit, siue alio quouismodo aut | ex alterius cuiuscumque persona seu per cessionem

---

(112) Referendarius: Pe[trus Ferriz episcopus] Tirasonen. v. Hofmann II, 132.

(113) Del. « sancti laurentii ». In principio et in fine correctionis factae subscribit corrector I[ohannes de la] fi[era]. v. Hofmann II, 85.

(114) Additio marginalis de manu Io[hannis de la] fi[era].

(115) Del. « Et quod presentis Supplicationis sola signatura sufficiat ». Additur nota: « sic jn originalj », cui subscribit I[ohannes de la] fi[era].

(116) Referendarius: Io[hannes Bapt. Mellini episcopus] Urbinaten.

(117) Del. « et a monasterio sancti Michaelis Taurinensis diocesis dependet ». Additur nota: « Cassatum in originalj. Io[hannes] F[ernandi] ». v. Hofmann II, 85.

(118) Del. « vacaba » per correctorem Io[hannem] F[ernandi].

dictj | Eusebij vel resignationem liberam alicuius de illo in romana | curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus | sponte factam aut constitutionem « execrabilis » vacet, etiam si || deuolutus, affectus, reseruatus, litigiosus, cuius litis statum | etc., existat, eidem Bernardino per eum, quoad uixerit, | jta quod liceat sibi de fructibus etc. disponere, tenendum | etc., defectu etatis et ordinis predicti huiusmodi non obstante | commendare misericorditer digneminj de gratia speciali. In contrarium || etc., cum clausulis oportunis. fiat ut petitur. P[etrus]. | Et quod eius obstantie ac vltimus | vacationis modus eiusdem prioratus, | etiam si ex illo generalis reseruatio | resultet, pro expressis habeantur. || Et cum absolutione ad effectum. | Et cum dispensatione super defectu etatis | in Sextodecimo vt prefertur. fiat. P[etrus]. | Dat.

34. Reg. Suppl. 670 f. 6[1]. — 1472.(119) *Collatio.* — || Motu proprio etc. dilectis filijs magistris, clericis et scriptoribus Registri Supplicationum apostolicj jnfrascriptis | specialem gratiam facientes de duobus Canonicatibus duarum cathedralium etiam metropolitanarum uel collegiatarum ecclesiarum cum | reseruatione jnibj totidem prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum etiam curatorum | et electivorum, necnon prestimoniorum, prestimonialium porcionum et simplicium beneficiorum vnius, duorum ac plurium etc. | vsque ad summam (120) librarum turonensium parvorum secundum taxationem decime, prouidemus, necnon de vno uel || duobus beneficio seu beneficijs, cum cura uel sine cura, etiam si quodlibet eorum canonicatus et prebenda, | dignitas, personatus, administratio uel officium, aut jntegra uel dimidia porcio etiam | curata et electiva in eisdem ecclesijs, seu decanatus uel archipresbyteratus ruralis, qui | dignitas etiam curata extra cathedralem ecclesiam reputetur, seu vicaria uel capellania | perpetua, vacantibus uel vacaturis etc., spectantibus communiter uel diuisim ad collationem etc. quorumcumque || collatorum, collatricum secularium et regularium etc., etiam ratione dignitatum etc. per eorum quemlibet in confectione | literarum eligendorum, motu simili prouidemus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis | et consuetudinibus earundem ecclesiarum etiam juramento etc. de optando et de non obtinendis prestimoniis etc., | nisi per actu beneficiatos etc. ceterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis oportunis. fiat ut | petitur de expectatiujs pro omnibus. F[ranciscus]. || Et sub data kalendis Januarij pontificatus nostri Anno primo. | Et ad duas collationes et totidem beneficia etc. | Et ad canonicatus et prebendas in cathedralibus etiam metropolitanis etc. | Et ad dignitates etc. etiam curatas et electivas in eisdem. | Et ad secundam prebendam in eisdem. || Et ad prestimonia (121) ut prefertur. | Èt cum derogatione statutorum de non obtinendis prestimoniis etc. | Et quod non obstantie cuiuslibet eorundem habeantur pro expressis. | Et cum absolutione ad effectum. | Et quod qualitates dictorum, gradus et alia oportuna || specificatio possit fierj in confectione literarum. | Et pro omnibus infrascriptis. Et cum derogatione statutorum de optando etc.(122) Antonius de Strocijs (123) | Iohannes de Toyssiaco, (124) | Iohannes de la fiera (125) Magistri; || Dominicus de Attauentis, (126) | Iohannes didacj de Carrion (127) Clerici; | Iohannes

(119) Datum deest in omnibus supplicationibus hoc volumine descriptis, quod est « liber primus de expectatiuis anno primo » (Sixti IV).

(120) Del. « sexaginta ». Subscribit corrector Io[hannes] d[e] T[oyssiaco]. v. Hofmann II, 85.

(121) Corrector I[ohannes] d[e] T[oyssiaco] delevit verba « usque ad summam LX ».

(122) Clausulam hanc addidit scriptor registri et corrector ei subscribit « I. d. T. ».

(123) v. Hofmann II, 84 n. 14.

(124) ib. II, 28.

(125) ib. II, 24.

(126) ib. II, 178. Nomen prius scriptum delevit corrector I. d. T[oyssiaco].

(127) ib. II, 23.

Grummer, | Iohannes Steewinkel (128) | Humbertus de pisis, || Maturinus Oryrj, | Petrus Stephanj, | Marcus fugger (129) Scriptores.

35. Reg. Supp. 740 f. 103[1]. — 1476, Jul. 16. *Unio.* C[orisopiten.] — Beatissime pater. Cum deuotus orator vester Alanus Guegnenon Rector parrochialis de sancto | Colito Corisopiten. diocesis, ecclesiam ipsam, quam obtinet ad effectum vnionis infra|scripte ac ex certis alijs rationabilibus causis ad id animum suum mouentibus, in manibus | vestre Sanctitatis sponte resignare proponit, prout resignat de presentj. Verum, pater sancte, si parrochialis || ecclesia predicta, cuius decemocto, parrochiali ecclesie de Cast dicte diocesis, quam deuotus orator vester | Radulphus de villa Andren illius rector, olim eiusdem sanctitatis familiaris, obtinet, cuique | dicta ecclesia de sancto Colito contigua existit, et super cuius fructus pensio annua | duodecim francorum de hospitio canonico Corisopitensi reperitur assignata, cuiusque | quinquaginta librarum turonensium paruorum fructus etc. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, ad || uitam dictj Radulphi dumtaxat viueret vniretur, annecteretur et incorporaretur, profecto orator | ipse pensionem ipsam facilius persuoluere et utrique ecclesiarum earundem laudabiliter deseruiri | valeret. Quare pro parte dicti Radulphi eidem sanctitati humiliter supplicatur, quatenus resignationem | huiusmodi admittentes (130) ac eidem oratori specialem gratiam facientes | ecclesiam de sancto Colito predictam siue premisso siue alio quouismodo, aut ex alterius || cuiuscumque persona seu per similem resignationem dictj Alanj vel cuiusuis alterius de illa in | romana curia uel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem | « execrabilis » uel assecutionem etc. vacet, etiam si deuoluta, affecta, specialiter uel ex quauis | causa generaliter reseruata ac litigiosa, litis cuius statum etc., existat, eidem ecclesie de Cast | jta quod liceat eidem oratorj per se uel alium seu alios corporalem ipsius ecclesie de sancto Colito || juriumque et pertinentiarum omnium eiusdem possessionem propria auctoritate exnunc libere appre|hendere ac illius fructus etc. in suos et dicte ecclesie de Cast vsus vtilitatemque | conuertere pariter et retinere, diocesanj locj et cuiusuis alterius licentia desuper | minime requisita, ad uitam eiusdem oratoris vnire, annectere et incorporare | misericorditer digneminj de gratia specialj. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus || apostolicis etc. per eandem sanctitatem editis presertim de committendis vnionibus ad partes | ceterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis oportunis. Concessum ut petitur in presencia | domini nostri pape. pe[trus] Tirasonensis. | Et de unione huiusmodi ad uitam. | Et in forma gratiosa, attento quod vacat || apud sedem, non obstante regula. | Et quod obstantie habeantur pro expressis. | Et cum absolutione ad effectum. | Et quod maior specificatio premissorum fièri possit. Concessum. pe[trus] Tirasonensis. | Dat.

36. Ib. f. 124[1]. — 1476, Mai. 4. *Indultum.* (131) R[emen.] — Dudum videlicet sub certa data jn confectione literarum exprimenda, dilecto | filio Iohanni perante clerico Remen. diocesis, familiarj nostro continuo commensalj | de vno cameracen. et alio morinen. canonicatibus cum reseruatione || totidem jnibj prebendarum ac dignitatum etc. alterius earundem ecclesiarum prouidimus, | prout jn nostris jnde confectis literis plenius continetur. Nos igitur, qui | dudum sub data Nonis Januarij pontificatus nostri a. primo nonnullis familiaribus | nostris continuis commensalibus, inter quos primus est venerabilis frater noster Iohannes |

---

(128) Idem nomen scribitur « Steenwinckel » in Reg. Suppl. 670 f. 49.

(129) v. Schulte, Die Fugger in Rom I, 10.

(130) Del. « seu admitti mandantes ». Corrector subscribit P[etrus de] S[ancto] a[ngelo]. v. Hofmann II, 85.

(131) Referendarius: Io[hannes Bapt. Mellini episcopus] Urbinaten.

de montemirabilj tunc notarius noster, jn certis alijs literis nostris || descriptis, vt jn quorumcumque beneficiorum, que vigore expectatiue per | nos eis tunc concessa et concedenda acceptarent, certis prerogativis | jn dictis alijs literis expressis vtj possent concessimus ac misericorditer etiam | voluimus et decreuimus, quod prius descriptj jn huiusmodi | beneficiorum assecutione secundum eorum ordinem posteriorem descriptis omnino || prefererentur, quacumque Nobilitate, gradu, diligentia seu alia prerogativa | non obstantibus. Cupientes, vt ipse Iohannes perante celeriorem ex literis | et gratia sibj concessis huiusmodi consequatur effectum, motu proprio | volumus et apostolica sibj auctoritate concedimus, quod jn assecutione canonicatus | et (132) prebende, ac dignitatis cameracen. et morinen. ecclesiarum huiusmodi || inter ipsum Iohannem perante, qui vnus ex eisdem familiaribus nostris descriptis | existit, et quoscumque alios etiam familiares nostros continuos commensales etiam | jn dictis posterioribus literis prius et ante ipsum Iohannem perante | descriptos jus commune seruetur et seruarj debeat et jta per quoscumque | sacrj palatij Auditores et quosuis alios judices et commissarios tam jn || Romana curia quam extra eam jn quibuscumque causis, tam per ipsum Iohannem quam contra eum mouendis | jn quacumque jnstantia, sublata eis quauis alia aliter | jnterpretandj facultate, judicandum et pronunciandum esse seu judicarj, | terminarj et pronuntiarj ac sententiarj debere motu simili decernimus, | prioribus descriptis ac voluntate et decreto necnon omnibus || alijs jn dictis posterioribus literis appositis clausulis, quibus derogamus, | ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis. | Concessum vt petitur jn presentia domini Nostri pape. Iohannes vasionen. (133) | Et quod maior specificatio premissorum fierj possit. | Et cum voluntate, decreto et derogatione prepetitis. Concessum. Iohannes vasionen. || Dat.

37. Reg. Suppl. 859 f. 272. — 1486, Aug. 12. *Ad duo.* (134) L[ugdunen.] — Beatissime pater. Supplicat sanctitati vestre deuotus orator vester Guilliermus parmerij clericus Lugdunen. in decretis baccalarius, filius primi | presidentis Grationopolitanen., cristianissimi francorum regis Consiliarij ac utriusque iuris doctoris, canonicus ecclesie sancti Pauli || lugdunen., in decimonono sue etatis anno constitutus, quatenus eum apostolicis fauoribus et gratijs prosequentes, Secum ut quecumque | duo curata seu alias inuicem incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesie uel earum perpetue uicarie aut dignitates etiam maiores et principales, personatus, | administrationes uel officia curata et electiua in cathedralibus etiam metropolitanis uel collegiatis ecclesiis fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut eligatur, | presentetur uel assumatur ad illa et instituatur in eis, recipere et insimul, quoad uixerit, retinere, Illaque simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens sibi placuerit, | dimictere, et loco dimissi uel dimissorum aliud uel alia, simile uel dissimile aut similia uel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum || uel ecclesiastica, vnum videlicet ex nunc et alia incompatibilia, in vigesimo eiusdem sue etatis anno, etiam recipere et, quoad uixerit, retinere | libere et licite valeat, dispensare misericorditer dignemini de gratia speciali, etatis premisso defectu ac lateranensis consilij (corr. concilij) et quibusuis alijs constitutionibus et ordinationibus | apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis oportunis. fiat ut petitur de vno et de alio in etate legitima. I[ohannes]. | Et cum dispensatione prepetita videlicet de uno incompatibili ex nunc et alio in vigesimo anno, ut prefertur, ad uitam. Et de parrochialibus ad uitam, | etiam de una ex nunc. Et de speciali ad uitam etc. Et cum clausula permutandi totiens quotiens, ut premittitur. Et cum dispensatione super etate ad || omnia ut

(132) « Et » bis in textu habetur.

(133) Supradictus Ioh. de Montemirabili episcopus Vasionen. v. Hofmann II, 132.

(134) Referendarius: M[arianus de Qualeatis episcopus] Glandatensis. v. Hofmann II, 74.

supra. Et quod alie obstantie oratoris habeantur pro expressis uel exprimi possint. Et quod maior specificatio premissorum fieri possit. fiat ut supra. I[ohannes]. | Dat.

1486, Aug. 8. *Per obitum.*(135) A[merin.] — Supplicat sanctitati vestre deuotus orator vester Ignacius de Amelia clericus Amerinus, quatenus sibi specialem gratiam facientes de ecclesia sancti Saluatoris | amerin., per obitum quondam visarri etiam de Amelia extra Romanam curiam defuncti, cuius fructus etc. vigintiquattuor librarum turonensium paruorum | secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt,(136) siue ut premittitur, siue alias quouis modo aut ex || alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti visarri, aut alicuius alterius de illa in dicta curia uel extra eam, etiam coram notario | publico et testibus sponte factam, constitutionem « execrabilis » uel assecutionem etc. vacet et deuoluta, affecta, specialiter uel generaliter reseruata, litigiosa, cuius statum etc., | aut etc., prout in literis exprimi possit, parrochialis aut alia ecclesia existit, eidem Ignacio oratori prouidere seu prouideri | mandare (del. « ac ») misericorditer dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis oportunis. fiat | ut petitur. I[ohannes]. Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et quod non obstantie beneficiales oratoris habeantur pro expressis. Et quod qualitates || dicte ecclesie, etiam si curata uel parrochialis, ac cognomina oratoris et defuncti ac verior valor et alia premissa | et circa ea nomina in literis specificari possint. fiat I[ohannes]. Dat.

38. Reg. Suppl. 906 f. 25. — 1489, Jun. 26. *Pensio.* S[egobricen.] — Beatissime pater, alias pro parte deuotorum vestrorum oratorum Gometij de mata Scolastici Conchen. | et Rectoris parrochialis ecclesie opidi de Castilleyo cum suis annexis Conchen. diocesis et Andree | de Rehojo Rectoris etiam parrochialis ecclesie opidi beate Marie opidi de huelamo Segobricen. | diocesis, eidem sanctitati vestre exposito, quod ipsi aliquibus de causis ad id animum eorum mouentibus predictas ecclesias || ad inuicem permutare desiderabant; et quia fructus Rectorie de huelamo predicte maiorem | valorem quam ecclesie de Castillejo huiusmodi fore dinoscebantur, dictus Gometius prefato Andree nonnulla | prestimonia seu prestimoniales porciones et simplicia beneficia ex dicta causa resignare paratus | erat, quo vnacum dicta ecclesia de Castillejo ad valorem fructuum ecclesie de huelamo | ascendebant, sanctitas vestra ad supplicationem prefatorum oratorum de dictis ecclesiis et beneficiis Gometio et Andree || predictis ex dicta causa prouidit seu prouideri mandauit, prout in literis apostolicis desuper confectis | plenius continetur. Quarum quidem literarum vigore prefati oratores possessiones dictarum ecclesiarum | et beneficiorum Respectiue extiterunt assecuti, prout eas per nonnullos annos tenuerunt et | possiderunt (!). demum vero orta inter prefatos oratores in partibus illis de et super | dicta permutatione materia questionis, interuenientibus nonnullis probis viris dictam permutationem || rescinderunt seu in manibus ad id potestatem habentis ad inuicem iterum repermutarunt taliter, | quod Andreas Rectoriam

---

(135) Referendarius: A[ntonius de Grassis episcopus] Tyburtinus. v. Hofmann II, 134.

(136) Del. « que de iure patronatus laicorum, ut dicitur, existit ». In margine: « Cassatum de mandato Reverendissimi domini Cardinalis s. Anastasiæ prout in originali per me Io[hannem] Burckardum ». Dictus cardinalis est Antoniottus Pallavicini, episcopus Aurien. (Eubel II, 61), creatus cardinalis die 9. Martii 1489 et translatus ad s. Praxedem non ante 1492, Sept. 6., prouti demonstrat subscriptio eiusdem in Reg. Suppl. 961 f. 1 (tab. 40). Hinc corrigendum est quod dicit Eubel II, 64. Iohannes Burchardus, celebris « diarii » auctor, cum atramento nigri coloris suam correctionem in registro scribit, dum corrector quinterni et magister hebdomadarius Gabriel de Gabrielis de Fano (G. Pha.; cf. ib. f. 104' « per me Gabrielem de phano ») pallido usus est calamo. Correctio Burchardi facta est non ante diem 30. Martii 1490, in quo magister registri Suppl. nominatus est. v. Hofmann II, 85.

de huelamo et Gometius prefati ecclesiam del Castillejo cum suis annexis | et beneficia que ante dederat, dempto quodam prestimonio seu prestimoniali porcione | aut simplici beneficio parrochialis ecclesie ville de Tarancon dicte Conchen. diocesis, quod | seu quam durante prima permutatione huiusmodi dictus Andreas in fauorem certe persone simpliciter || in manibus ad id potestatem habentis resignauerat, rehabuerunt. Cum autem, pater sancte, | dictus Andreas prestimonium seu beneficium huiusmodi, cuius fructus etc. ad summam seu va|lorem vigintiquatuor librarum Turonensium paruorum secundum communem extimationem ascendunt annuatim, dicto | Gometio in (137) permutatione secunda huiusmodi resignare non potuerit sitque paratus ad | euitandum vlteriores lites et expensas super fructibus dicte Rectorie de huelamo, || quam ipse Andreas obtinet et possidet, pensionem annuum videlicet nouem milium Mora|petinorum (138) monete illarum parcium in fauorem dicti Gometii consentire, prout consentit | de presenti. Supplicat igitur Sanctitati vestre dictus Gometius orator, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ne | ex vltima permutatione huiusmodi nimium dispendium patiatur, pensionem annuam videlicet | nouem Millium Morapetinorum monete illarum partium, qui summam vigintiquatuor || librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, super fructibus dicte Rectorie | de huelamo, cuius fructus etc. Octuaginta librarum Turonensium similium secundum extimationem predictam | valorem annuum non excedunt, per dictum Andream, cuius ad id expressus accedit assensus, Annis | singulis in loco et terminis ad id statuendis ac sub sententijs, censuris et penis in | talibus apponi solitis, dicto Gometio oratori, quoad uixerit, vel procuratori suo ad hoc ab || eo speciale mandatum habenti integre persoluendam reseruare, constituere ac assignare misericorditer dignemini | de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus | quibuscumque, cum clausulis necessarijs et oportunis. Concessum vt petitur in presencia | domini nostri pape. A[rdicinus] Cardinalis Alerien. | Et cum absolutione a censuris ad effectum presencium. || Et quod obstantie beneficiales oratoris Gometii habeantur pro expressis. | Et cum pensione predicta. | Et quod premissorum omnium et singulorum maior et verior | expressio presertim literarum prime et secunde permutationis | et aliorum circa premissa necessariorum, quatenus opus sit, fieri possit. Concessum A[rdicinus] Cardinalis Alerien. (139) || Dat.

39. Reg. Suppl. 961 f. 1. Quinternus primus libri primi per fiat anno primo Alexandri VI. (140) — 1492, Sept. 6. *Surrogatio.* C[esaraugustan.] — Beatissime | pater, lite coram certo causarum palatij apostolici auditore seu eius locumtenente jnter deuotum | vestre sanctitatis oratorem et familiarem continuum commensalem Andream viues clericum Cesaraugustan. diocesis, in || medicina magistrum et quondam Iohannem Ferrer, qui se pro clerico gerebat, | super parrochiali ecclesia de Cretas dertusen. diocesis, de qua alias certo modo | vacante, dicto oratori apostolica fuit auctoritate prouisum seu prouideri concessum, in prima | instantia indecisa pendente, dictus Iohannes extra romanam curiam decessit. ne igitur, pater sancte, | dicto oratori in huiusmodi causa nouus surrogetur aduersarius, Supplicat eidem sanctitati orator || predictus, quatenus statum cause huiusmodi necnon dicte ecclesie, verum et vltimum

(137) Deletio facta ab A. Cor.

(138) Cf. Martinori l. c. 266 sub « Marabotino ».

(139) Ardicinus della Porta episcopus Alerien. v. Hofman II, 132; Eubel II, 85.

(140) In margine superiori nomen scriptoris huius quinterni « Aloy ». Haec pagina ornamentis depicta est, inter quae tiara cum clavibus et stemma Alex. VI. Folium suo loco postea insertum est. Nota marginalis dicit: « Io. Gobertus querebat hanc anno domini 1570 tempore Pii pape Quinti anno eius quinto cum Crispino eius socio ».

vacationis | modum, etiam si ex illo queuis generalis reseruatio resultet, presentibus pro expresso habentes | dictumque oratorem in omni jure et ad omne jus, si quod forsan dicto Iohanni in | dicta ecclesia uel ad illam quomodolibet competebat aut competere poterat, | surrogare dictumque jus sibj conferre eumque ad eius ac litis et cause || huiusmodi prosecutionem et defensionem in eo forsan, in quo dictus Iohannes tempore obitus | sui huiusmodi erat, et si non obijsset, potuisset et debuisset admittj, | admittere ac de dicta ecclesia, cuius fructus etc. vigintiquatuor librarum turonensium | parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, siue ut premittitur, siue alias | quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem || aut assecutionem dicti Iohannis uel Ludouicj Amargos aut cuiusuis alterius de illa | in dicta curia uel extra eam etiam in manibus felicis recordationis Innocentij pape VIII. predecessoris vestri sponte | factam et admissam, aut constitutionem « execrabilis » uel capitulum « de multa »(141) vacet et | deuoluta, affecta specialiter uel ex eo quod Iohannes Reverendissimi domini Iohannis Jacobi(142) tituli sancti stephanj | in celiomonte presbyteri cardinalis et Ludouicus prefatj vestre sanctitatis tunc episcopi portuensis sancte romane ecclesie || vicecancellarij familiares continui commensales fuerunt, aut ex vacatione apud sedem apostolicam generaliter reseruata | uel affecta, alias litigiosa etc. existat, dicto oratori per viam simplicis aut noue prouisionis | seu surrogationis prouidere seu prouiderj mandare dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus | et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque, cum clausulis oportunis. Concessum ut petitur jn | presentia domini nostri pape. A[ntoniottus](143) Cardinalis s. Anastasie. || Et quod obstantie oratoris et status litis ac verus et vltimus dicte ecclesie | vacationis modus, etiam si ex illo queuis generalis reseruatio resultet, habeantur | pro expressis, et cum clausula generalem reseruationem importante. | Et cum admissione etiam ad possessionem, in qua erat defunctus. | Et quod nomina judicum et terminj substantiales ad quos processum est, || ac status litis exprimj possint in literis cum veriorj narratiua | etiam aliorum collitigantium, si qui sint, et veriori expressione | valoris et etiam, si vacet, etiam persona oratoris per eius assecutionem | in manibus dictj predecessoris vestri factam e admissam et ex eius persona, | ut prefertur, qualificata, generaliter reseruata existat. || Et quatenus opus sit, in forma noue prouisionis cum aduocatione | cause et extinctione litis. Concessum. A[ntoniottus] Cardinalis s. Anastasie. | Dat.

40 a. Reg. Suppl. 1032 f. 279'. Copia bullae Coelestini III. « Giberto archipresbytero ecclesie s. Petri in Varistalla » (Guastalla). 1193, Jun. 13. I-L 17004. P. Kehr, Nachrichten, Göttingen 1902, 404; Ital. Pontificia V (1911) 409 n. 9. Bulla edita est ab Affò, Istoria della città e ducato di Guastalla. I, 351 n. 43; Migne, PL CCVI, 997 n. 123.

40 b. Ib. f. 280. Finis eiusdem bullae cum rota, « Benevalete » et subscriptionibus papae et cardinalium. Non pauci notantur errores in registro.

41 a. Ib. f. 280'. — 1496, Dec. 10. *Confirmatio.*(144) N[ullius] dioc[esis] — Beatissime pater, dudum a felicis recordationis celestino papa III. Sanctitatis vestre predecessore emanarunt litere tenoris | precedentis. Cum autem, pater sancte, deuotus vester Geraldus de araldis archipresbyter dicte | ecclesie siue plebis sancti Petri de Guastalla nullius diocesis, romane ecclesie jnmediate | subiecte, cupiat literas predictas ac omnia et singula in eis contenta

(141) Cap. XXVIII tit. V. decret. lib. III.: « *de multa providentia* » Cf. Schmitz - Kallenberg, Practica 9.
(142) Io. Iacobus Sclafenatus episcopus Parmen. Eubel II, 65.
(143) Pallavicinus episcopus Aurien. ut supra.
(144) Referendarius: « Io[hannes de Sacchis episcopus] rag[usinus] ». Eubel II, 220; v. Hofmann II, 134.

per Sanctitatem vestram approbarj et con‖firmarj, Supplicat humiliter sanctitati vestre idem orator, quatenus eiusdem ecclesie jndempnitati consulentes, literas | predictas cum omnibus et singulis clausulis contentis in eisdem approbare et confirmare easque propter firmitatis | robur obtinendum decernere Necnon pro potiorj cautella illa omnia et singula, prout in eisdem | literis continentur, de nouo concedere, statuere, ordinare et decernere digneminj de gratia specialj, non obstantibus | premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis et consuetis. fiat ‖ ut petitur quatenus sint in vsu. R[odericus]. | Et cum absolutione a censuris ad effectum presentium. Et de confirmatione, approbatione | et decreto prepetitis quo ad omnia et singula premissa ac defectuum omnium | suppletione, si opus sit. Et de noua concessione, ordinatione et decreto prepetitis | quo ad omnia et singula premissa in omnibus, prout in eisdem literis. Et quod ‖ litere desuper in forma gratiosa expediantur cum jnsertione totius tenoris | dictarum literarum uel alias, prout videbitur. Et quod premissorum omnium et singulorum | ac circa ea necessariorum maior et verior specificatio fierj possit in literis. fiat ut supra. R[odericus]. | Dat.

41 b. Reg. Suppl. 1124 f. 231'. — 1501, Jun. 21. *Pensio.* (145) L[exovien.] — Beatissime pater, lite seu controuersia inter deuotum oratorem uestrùm Iohannem dargonges presbyterum ‖ n. diocesis in jure Ciuilj (146) licentiatum et quendam Iohannem le uencur clericum lexouien. | diocesis super parrochiali ecclesia sancti petri de quieruilla lexouien. diocesis, que de iure patronatus | laicorum existit, et quam quilibet eorum ad se de iure spectare asserebat, coram certis judicibus | extra romanam curiam jndecisa pendente, dictus Iohannes orator pro bono pacis et ad effectum certe honeste | concordie inter eos nonnullis probis viris eorum communibus amicis inite, (147) ad euitandum ‖ ulteriores litium anfractus parcendumque laboribus et expensis a prosecutione juris sibi | in dicta ecclesia uel ad illam competentis penitus destitit, ipseque Iohannes leuencur, qui | reseruationi etc. pensionis infrascripte consentire paratus erat dictamque ecclesiam in manibus | ordinarij collatoris dimisit uel alias resignauit aut presentationem et institutionem sibi factas | renuntiauit, de qua prouisum fuit deuoto oratori uestro (148) Ricardo tunc ipsius ecclesie ‖ rectori, qui dicte pensioni consentire paratus existit, prout consentit de presenti; supplicat | Sanctitati vestre dictus Iohannes orator, quatenus sibi, ne propterea nimium dispendium patiatur et pensionem | annuam viginti librarum turonensium monete in partibus normandie cursum habentis super | dicte ecclesie fructibus, quorum dimidiam partem pensio huiusmodi non excedit, sibi, quoad | uixerit, uel procuratori suo legitimo per dictum ricardum et successores suos ipsius ecclesie ‖ rectores pro tempores existentes annis singulis in resurrectionis domini nostri jesu christi et | sancti michaelis festiuitatibus in monte gargano ac sub censuris et penis ecclesiasticis | in similibus apponi solitis integre persoluendam reseruare, constituere, et assignare dignemini de ⌜ gratia speciali cum non obstantiis etc.

42. Reg. Suppl. 1124 f. 79'. — 1501, Jun. 10. *Commissio per breve.* A[rgentinen.] — Beatissime pater. Cum alias deuotus orator vester Georgius Badet monachus monasterij de

---

(145) Referendarius: Io[hannes de Sacchis episcopus] rag[usinus].

(146) In corpore supplicationis Da[niel de Azelio] delevit verba: « in utroque » et in margine adjunxit correctionem insimul cum nota: « cassatum et positum prout in originali de mandato Reverendissimi domini A[ntoniotti] Cardinalis sancte praxedis per me da[nielem] de Azelio ».

(147) Correctio de manu magistri Ia[cobi de Bonaparte]. v. HÖFMANN II, 86.

(148) Del. « tunc » de manu Ia[cobi de Bonaparte].

nouocastro(149) | ordinis Cisterciensis Argentinen. diocesis, curie in pfaffenburnen(150) dicte diocesis, per vnum monachum | eiusdem monasterij regi solite, tunc Ruinam minantis, ab Abbate et conuentu dicti monasterij in nouocastro | prefectus et ad illius regimen assumptus esset et Reverendus pater dominus Jacobus Abbas morimundi dicti ordinis || lingonien. diocesis omnium et singulorum monasteriorum dicti ordinis in germanica natione existentium cum plenaria | ordinis prefati et capituli generalis auctoritate visitator et reformator dictam curiam cum pertinentijs suis | per eundem Georgium restauratam et plurimum melioratam ob restaurationem huiusmodi ac alias propter | benemerita sua eidem Georgio gubernandam, et quod ab illa, quamdiu illam bene et fructuose | regeret, amoueri non posset, auctoritate dicti sui officij concessisset et donasset ac alia fecisset, || prout in literis et documentis publicis desuper confectis plenius continetur. Et postmodum dictus georgius | orator dictam curiam cum pertinentijs suis concessionis et prefectionis huiusmodi vigore per(151) plures annos bene | et fructuose gubernasset nichilque commisisset, propter quod ipse dicta curia a quoquam spoliari et ab | illa eijci et expelli debuisset, nichilominus quidam Stephanus, assertus Abbas dicti monasterij de | nouocastro, liuore et jnuidia contra prefatum georgium accensus eundem georgium nulla legitima causa nec || demeritis suis precedentibus tenere (corr. temere) et de facto ex eo, quod dicto Abbati ad quedam jllicita et jnhonesta | consentire recusaret, dicta curia et illius administratione spoliauit eumque de illa eiecit et expulit | et sibi illam vsurpauit ac alias eundem georgium multipliciter persecutus fuit et persequitur. Recurrit igitur ad | pedes sanctitatis vestre dictus georgius badet orator humiliter supplicando, quatenus aliquibus prelatis in partibus illis cum clausula, vt ipsis vel eorum | alteri causam et causas, quam et quas georgius vester habet et mouet, habere que et mouere vult et jntendit contra || et aduersus prefatum Stephanum Abbatem omnesque alios et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes | de et super dicta curia ac illius spolio, necnon violentijs, dampnis, jniurijs, iacturis et persecutionibus | sibi oratori in premissis illatis rebusque alijs in actis latius exprimendis cum omnibus et singulis suis jncidentijs dependentibus, | emergentibus, annexis et connexis summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et si qua (corr. figura) judicij audiendas, | cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum potestate, prefatum Stephanum Abbatem aduersarium ac jnteresse || putantem etiam per editum (corr. edictum) publicum, constito sibi de non tutu accessu, citandi sibique et alijs quibus jnhibendum fuerit, | jnhibendi ceteraque faciendi,(152) gerendi et exercendi, que in premissis et circa illa fuerint quomodolibet | oportuna, committere et mandare digneminj de gratia speciali, premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutisque et consuetudinibus | ac privilegijs ordinj et monasterió predictis in genere vel in specie generaliter forsan concessis ceterisque contrarijs non obstantibus | quibuscunque. Concessum vt petitur in presentia domini nostri pape. Ioannes Cardinalis Alexandrinus.(153) || Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et de commissione cause super curia ac spolio jllius necnon violentijs, | jacturis et damnis oratori jllatis tam coniunctim quam diuisim. Et quod summarie etc. Et cum clausula, quod ipsi vel | eorum alteri etc. Et de potestate citandi et jnhibendi per edi[c]tum etc. Et maior

---

(149) Neuburg prope Hagenau. Cf. Gallia christiana V (1731) 885 ss.

(150) Pfaffenbronn.

(151) Deletio in registro.

(152) Del. « exercendi ». Subscribit [Iohannes] B[otontus]. In aliis locis idem scribit « Io. Bo.» vel « Io. B. ». Tota subscriptio habetur in Reg. Suppl. 1120 f. 209: « per me Io[hannem] Botontum ».

(153) Ioh. Antonii de S. Georgio episcopus Alexandrinus. v. Hofmann II, 133: Eubel II, 48, 85; Burchardus, Diarium II, 69.

specificatio premissorum et circa illa | exprimj necessariorum fieri possit. Et per literas in forma breuis, attenta paupertate oratoris, qui est monachus | et spoliatus, cum hac supplicatione jntroclusa. Concessum. Iohannes Cardinalis Alexandrinus. || Dat.

43. Ib. f. 161. — 1501, Jun. 4. *Cessio.*(154) B[urgen.] — Cum deuotus orator vester Hieronimus de Contreras Canonicus || burgensis actor ex vna, inter quem et deuotum oratorem vestrum Petrum | martinez de Brumesca alias Triumeio clericum Burgen. diocesis reum | et possessorem parte ex altera super Thesauraria et Canonicatu et (155) | Capellania in ecclesia Collegiata sancte marie de Brumesca etiam burgen. | diocesis coram certo sacri palatij apostolici causarum Auditore lis in prima jnstantia || pendet indecisa, eidem liti et cause ac omni juri in dictis Thesauraria, | Canonicatu et Capellania huiusmodi uel ad illos quomodolibet competenti in manibus | sanctitatis vestre uel alterius ad id potestatem habentis sponte et libere cedere proponat, | prout de presenti cedit et resignat, Suplicant humiliter sanctitati vestre tam dictus | Jeronimus quam etiam prefatus Petrus martinez, quatenus statum cause || huiusmodi etc. cessionemque predictam admittentes seu admitti mandantes | ipsamque causam ad sanctitatem vestram aduocantes et litem huiusmodj penitus extinguentes | dictoque Petro martinez specialem gratiam facientes de Thesausaria, Canonicatu | et Capellania predictis, quorum insimul fructus etc. Quinquaginta | librarum turonensium paruorum secundum communem extimationem valorem annuum non (excedunt), siue ut premittitur, siue alias || quouismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem dictj | Jeronimj uel alicuius alterius de illis in Romana Curia uel extra eam etiam coram | notario publico et testibus sponte factam resignationem, aut constitutionem « execrabilis » uel capitulum | « de multa » vacent, etiam si deuoluti, affecti, specialiter aut ex quauis causa | generaliter reseruati aut inter aliquos alios litigiosi, cuius litis statum etc., existant, || eidem Petro oratori conferre et assignare et de illis etiam prouidere | seu prouiderj mandare digneminj (156) cum facultate obtinendj | dictam Thesaurariam, Canonicatum et Capellaniam, que sub vno et | eodem tecto consistunt, attento quod sunt pauci valoris et semper ab | vna dignitate seu Canonico consueuerunt deseruiri, de gratia specialj, || non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte ecclesie etiam | juramento etc. roboratis ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis oportunis. | Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. A[ntoniottus] Cardinalis sancte Praxedis. | Et cum absolutione a censuris ad effectum presentium. Et quod oratoris | obstantie ac status litis pro expressis habeantur. Et cum clausula generalem reseruationem || importante et cum aduocatione cause et extinctione litis. Et quod | nomen, cognomen judicis, etiam si sit extra curiam citatus coram | alio judice, narrari possit in literis, attento quod prefatus orator | sit possessor. Et quod verus et vltimus dictorum Thesaurarie, | Canonicatus et Capellanie vacationis modus etiam fructus augmentando uel || minuendo, assignando verum valorem, exprimj possit in confectione | literarum, clausula non obstante, cum dispensatione obtinendj dictam Thesaurariam, | Canonicatum et Capellaniam, etiam si sint incompatibilia sub vno et eodem | tecto, cum derogatione statutorum ecclesie ac diocesis predictorum. Et quod maior | et verior specificatio omnium et singulorum et circa ea necessariorum exprimj || possit in confectione literarum. Concessum. A[ntoniottus] Cardinalis sancte praxedis.(157) | Dat.

---

(154) Referendarius: Io[hannes de Sacchis episcopus] Ragusinus. — Scriptor huius supplicationis in registro est Iohannes Bodeti Meten. Vide Reg. Suppl. 1107 f. 161 ; 1108 f. 81 ; 1109 f. 41, 161 etc.

(155) Del. « prebenda ».

(156) Del. « de gratia speciali » cum subscriptione « d ».

(157) Vide supra p. 28 annotationem 136.

44. Reg. Suppl. 2122 f. 101. — (Inceptus) Die XXXI. Octobris 1533. Sextus libri secundi Massilie anni X. Domini clementis pape VII.(158) — 1533, Oct. 24. *Commissio per Breve siue confirmatio donationis.* Vrbis. — Beatissime pater, Cum deuota sanctitatis vestre oratrix Attia de Archionibus vidua Romana | considerans, quod nullos filios habeat nec propter etatem et viduitatem habere | sperat, Considerans jnsuper, quod a proauis et attauis suis descendentibus || nullus masculus reperiatur, quj nomen, denominationem ac Arma | et jnsignia domus sue deferre habeat durumque sibi videatur, | quod domus tam nobilis et antiqua jn vrbe deficiat, Cuperetque aliquem | ex consanguineis suis videlicet ex filijs fratrum consobrinorum paternalium vel | amitiuorum jn filium arogare, Quique post arrogationem huiusmodi cognomen, || denominationem et Arma dicte domus de Archionibus Accipere | habeat et jn bonis dicte oratricis tam ex testamento quam ab jntestato succedere omnibusque(159) alijs agnatis dicte oratricis jn omnibus et per omnia | jta agnoscatur, ac si de legitimo matrimonio natus esset de consensu | tamen proximiorum consanguineorum seu tutorum dicti arrogandj. || verum quia jure refragante jd sibi minime liceat, jdeo Supplicat sanctitati vestre oratrix | predicta, vt suo pio et honesto desiderio annuentes alicui ordinario, Et si magis | placeat, Reverendo patri domino vicario vrbis, qui et jpsi oratrici et arrogando coniunctus | existit, vel eius Locumtenenti, vt facta presentatione per oratricem de dicto | Arogando de consensu eiusdem quatenus sit etatis, alias de consensu tutoris || et proximiorum consanguineorum, jpsj oratrici talem per ipsam eligendi arogandi, | Ita quod jn eius transeat potestatem, Arma et jnsignia dicte oratricis | gestet, cognomen domus recipiat ac ad suam successionem bonorum ex | testamento vel ab jntestato dicte oratricis aliorumque agnatorum perinde, | ac si de legitimo matrimonio dicte oratricis esset natus, licentiam concedat || pariter et facultatem supplendi omnes et singulos tam juris quam | facti defectus, si quj forsan jnteruenerint jn eisdem, constitutionibus et ordinationibus | apostolicis, Legibus jmperialibus vel municipalibus Ceterisque contrarijs non | obstantibus quibuscumque. fiat ut petitur. I[ulius]. | Et cum absolutione a censuris ad effectum pro omnibus. Et de comissione, facultate || et suppletione premissis. Et committatur vicario vrbis. Et quod presentis | sola signatura sufficiat et vbique fidem faciat regula contraria non obstante. fiat. I[ulius]. | Dat.

45. Reg. Suppl. 3770 f. 1. — 1596, Febr. 9. — Pictura per Guillelmum Fauret scribam in registro supplicationum delineata, in qua praeter alia celeberrimum moralistam Martinum Navarrum verba Petrarcae audientem introducit. Cf. H. Hurter, Nomenclator literarius III (1907) 344 - 346.

46. Reg. Suppl. 4860 f. 175. — Decimus libri XVII. anni XXI, Domini Nostri Pape Urbani VIII.(160) — 1644, Jul. 26. *Certo modo.* C[olonien.] — Beatissime pater. Cum Canonicatus et prebenda insignis Secularis et Collegiate Ecclesie sancti Andree Coloniensis ex eo, quod quidam Theodorus | Henricus Gippenbusch, nuper dicte Ecclesie Canonicus, dictos Canonicatum et prebendam in manibus Sanctitatis Vestre et ad fauorem cuiusdam Pauli | Hagen, qui iuxta formam Constitutionis felicis recordationis Bonifacij Pape

(158) In margine nomen scriptoris « Capata ». Interdum vocatur « Zapata » vel « Zapata nobilis hispanus ».
(159) Del. « dicte oratricis ».
(160) In margine nomen scriptoris « Henricus ».

noni (161) predecessoris uestri in vniversitate Studij generalis Coloniensis hactenus non legit || et ad id est incapax et resignauit, resignatione ac prouisione desuper auctoritate apostolica cum omnibus alijs inde secutis ob incapa|citatem et non expressionem qualitatis huiusmodi nullis et inualidis existentibus, adhuc per resignationem seu iuxta constitutionem huiusmodi aut alias | certo alio modo uacauerint et uacent ad presens; supplicat igitur humiliter Sanctitati Vestre deuotus illius orator Ioannes augustinus Pastorius, Clericus maguntine diocesis, | Sedis apostolice notarius, Sacre Theologie Licentiatus, in Romana Curia a triennio et vltra procurator, quatenus sibi specialem gratiam facientes, Canonicatum et prebendam predictos, qui | Theologales seu lectorales existunt ac quorum et illis forsan annexorum fructus etc. uiginti quatuor marcarum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non || excedunt, siue premisso siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem uel aliam liberam dicti Theodori Henrici uel | cuiusuis alterius de illis in Romana Curia uel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam (162) aut (et) assignationem etc., non tamen per obitum | vacent, etiam si deuoluti, affecti, specialiter uel alias ex quauis causa interim etiam dispensatione expedienda generaliter reseruati, litigiosi, cuius litis statum etc., | existant etc., eidem oratori conferre et de illis etiam prouidere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis dicteque Ecclesie statutis | juramento etc. roboratis, priuilegijs quoque, indultis et literis apostolicis eidem Ecclesie illiusque Presuli, Capitulo, Canonicis dicte Vniuersitatis et quibusuis alijs || personis sub quibuscumque censuris et formis et cum quibusuis clausulis et decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis etc., quibus omnibus et singulis | de illis etc. latissime derogare placeat ceterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis. Fiat vt petitur. M[affeus]. |

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et quod oratoris dispensationes uerusque et vltimus dictorum Canonicatus et prebende uacationis modus, etiamsi ex illo queuis | generalis reseruatio etiam in corpore Iuris clausa resultet, necnon lites et cause si que sint, status et merita nominaque et cognomina judicum et collitigantium eorumque | ac dictorum Theodori Henrici et aliorum quorumcumque concessiones, prouisiones aliaque Iura et tituli etiam proprij tituli ac lites habeantur pro expressis seu in || toto uel parte exprimi possint, et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in literis etiam dispositiue exprimenda, et de prouisione dictorum | Canonicatus et prebende pro ipso oratore, qui ab examinatoribus in Urbe deputatis examinatus et idoneus repertus fuit, cum gratificatione opportuna, quatenus | illi locus sit, ita quod litere desuper in forma simplicis prouisionis, gratiose surrogationis etiam quoad possessionem, que si neutri, si nulli, si alteri prouidere | simul uel ad partem exprimi possint, et cum derogatione regule de annali possessore quoad primam eius partem ac predictorum statutis et priuilegijs in literis | latissime extendendis; et quod premissorum omnium et singulorum etiam denominationum, qualitatum, nuncupationum, unionum, annexorum, fructuum etc. etiam augendo uel minuendo aliorumque || necessariorum maior et uerior specificatio et expressio fieri

---

(161) « Inter ceteras felicitates » (1394, Sept. 16.) undecim erigit canonicatus, quorum possessores legunt in universitate Coloniensi, « et si ad id negligentes fuerint vel remisse, possint predictos executores, cum pro parte dictorum rectoris et provisorum super hoc fuerint requisiti, ad earum in hac parte debitum exequendum modis et censuris debitis coarctari, et si aliqua ex dictis personis per annum vel ultra a debita lectura ex causa, quam dicti rector et provisores minime duxerint approbandam, cessaverit, canonicatu et prebenda sit privata ipso facto ». H. V. Sauerland, Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande aus dem Vatikanischen Archiv. VI (1912) 297 s.; Bianco, Die alte Universität Köln I, 126 n. XV.

162) Deest « resignationem ».

possit in literis. Et cum expressione, quod dictus orator ad Canonicatum et prebendam Collegiate Ecclesie sanctorum Petri et Alexandri | oppidi aschaffenburgensis Maguntine diocesis jus habet expectandi, et cum decreto, quod dictus orator infra duos menses a die habite per eum primodictorum | Canonicatus et prebende possessionis seu qua per eum steterit, quominus illam assequatur computandos, omni et cuicumque Iuri sibi in secundo-dictis | Canonicatu et prebenda competenti, in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis tantum libere cum specifica mentione presentis decreti totaliter dimittere | omnino teneatur, alioquin Ius ipsum cesset et primodicti Canonicatus et prebenda vacent eo ipso, ita ut de illis per sedem apostolicam tantum disponi possit ac || irritum etc. fiat. M[affeus]. | Dat.

47. Reg. Suppl. 4902 f. 51. — 1646, Jan. 3. *Certo modo.* C[amerinen.] — Beatissime pater.(163) Cum Parrochialis Ecclesia Plebania forsan nuncupata Sancti Clementis Castri Gaenge Camerinen. diocesis, quam | Abbas(164) Monasterij de Sassoferrato Camaldulensis seu alterius ordinis dicte diocesis, predicto Monasterio Vnitam etc. | esse pretendit et quam quidam Nicolaus Brunus ad hoc forsan, ut pretensa Vnio huiusmodi suum sortiatur effectum et | ad fauorem Monasterij et Vnionis predictorum, reseruata sibi pensione *seu*(165) *praestatione annua* septuaginta scutorum, coram notario Publico et testibus || resignauit, ex(166) eo quod ad hoc, ut dicta resignatio fieret, simonia facta siue pacta illicita illam redolentia intercesserunt, per simoniam huiusmodi aut alias certo | alio modo uacauerit et uacet ad presens, supplicat igitur humiliter Sanctitati Vestre deuotus illius orator Iacobus de Gaenga clericus Romanus seu alterius diocesis,(167) | quatenus sibi specialem gratiam facientes Ecclesiam pretensam, cuius et illi forsan annexorum fructus etc. uiginti quatuor ducatorum auri de camera | secundum communem extimationem Valorem annuum non excedunt, siue premisso siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem | uel aliam liberam resignationem dicti Nicolai uel cuiusuis alterius de illa in Romana Curia uel extra eam etiam coram notario publico et testibus || sponte factam, aut constitutionem etc. « execrabilis » uel assequtionem etc., non tamen per obitum uacet, etiam si deuoluta, affecta,specialiter uel alias ex quauis | causa etiam dispensatione expedienda generaliter reseruata, litigiosa, cuius litis statum etc., existat, eidem oratori conferre et de illa etiam prouidere dignemini de | gratia speciali, non obstante dicta pretensa unione, quam, attento quod non decet per tam indirectam simonie viam pernitio-|sum quoque exemplum et scandalum patronorum dicte ecclesie, eamdem pretensam unionem effectum sortiri illiusque effectum | huiusmodi in presenti uacatione suspendere ac locum et effectum minime habere decernere illamque, quatenus quouis pretextu èt || ex quauis causa iam sit sortita effectum, hac uice dumtaxat attentis premissis, nec non quamcumque rem Iudicatam

(163) In margine: « Non detur copia neque sumptum quia registrata de nouo in libro 17 folio 269 ». Huic subscribit in principio et in fine f[ranciscus] Subd[atarius] celeberrimus ille falsarius Franciscus Canonici (Mascambrunus), capitis condemnatus die 15. Apr. 1652. Vide Arch. Vat. Miscell. Arm. 9, 78: « Sommario del processo nel quale si uede le cause, per le quali è stato decapitato Monsignore Mascambruno sottodatario ». Liber 17 anni secundi citatus a subdatario non exstat in Tabulario Vaticano. Ulteriores huius subdatarii notulas invenies in eodem Reg. Suppl. 4902 f. 35', 124', 253' et etiam in aliis registris e. g. 4860 f. 196', 197. « Incontrouertibile est, franciscum Canonici abusu gratiæ qua pollebat penes summum Pontificem et falsitates committendo in supplicationibus et regestris Apostolicis, in maximam Ingratitudinem incidisse ». Arch. Vatic. Arm. 36, 22 f. 192 s.

(164) Del. « et conuentus ».

(165) Additio marginalis de manu f[rancisci] subd[atarii].

(166) Haec correctio adjuncta est in linea 17.

(167) Del. « dicte diocesis » et correctum in margine per f[ranciscum] subd[atarium].

| et alia preiudicialia reuocare irritumque etc. decernere ac quibusuis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis dictique Monasterij et ordinis etiam | iuramento etc., statutis etc., Ceterisque Contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis. fiat ut petitur. I[ohannes]. | Et cum absolutione a censuris ad effectum etc., et quod oratoris dispensationes uerusque et ultimus dicte ecclesie uacationis modus, etiamsi ex illo queuis generalis reseruatio | etiam in corpore iuris clausa resultet ac lites et cause, si que sint, status et merita, nomina et cognomina Iudicum et Collitigantium eorumque ac dicti Nicolai || et aliorum quorumcumque concessiones prouisiones aliaque Iura et tituli etiam proprij tituli ac lites habeantur pro expressis seu in toto | uel parte exprimi possint in literis et cum clausula generalem etc. exprimenda, et de prouisione dicte Ecclesie pro eodem oratore, qui (168) ab examinatoribus in Vrbe deputatis examinatus et idoneus repertus fuit, cum gratificatione opportuna | quatenus illi locus sit, ita quod litere desuper in forma simplicis prouisionis, gratiose surrogationis etiam quoad possessionem gratie si | neutri, si nulli, si alteri prouidere simul uel ad partem exprimi possint; et cum derogatione regule de annali possessore | quoad primam eius partem ac Iuris patronatus, quatenus de illo existat, quod dispositiue in literis exprimi possint citra tamen || illius approbationem, uidelicet si laicorum tantum etiam nobilium et illustrium eisque ex fundatione uel dotatione competat pro medietate alias seu si ipsorum | et clericorum mixtim aut clericorum tantum, seu si litigiosa uel deuoluta sit, in totum latissime extendendum; et quod premissorum omnium et singulorum | etiam denominationum, qualitatum, inuocationum, nuncupationum, annexorum, fructuum etc. aliorumque necessariorum maior et uerior specificatio et expressio | fieri possit in literis. (169) fiat. I[ohannes]. | Dat.

48 a. Reg. Suppl. 5610 f. 1. Initium primi registri sub Alex. VIII.

48 b. Reg. Suppl. 5654 f. 1. Initium libri 1. anni II. sub Innoc. XII.

49. Reg. Suppl. 5610 f. 162. Nonus libri primi anni primi Sanctissimi Domini Nostri Pape Alexandri VIII. (170) — 1689, Oct. 18. *Matrimonialis.* C[ompostellan.] et A[liarum]. (171) Beatissime pater. Exponitur humiliter Sanctitati Vestre pro parte deuotorum illius oratorum Adami de Pasos laici et Benedicte | etiam de Passos mulieris Compostellan. diocesis, ac Ioannis Gonsalues laici et Anne Barbosa | mulieris Bracharen. diocesis, ac Stephani Ramos laici et Marie Martinez mulieris Conchen. diocesis, || Quod, cum dicte mulieres in locis, ex quibus ipse et oratores predicti orti sunt, in dictis diocesibus respectiue existentibus et | de uno ad alium se respectiue transferrendo propter illorum angustiam uiros paris conditionis quibus nubere | possint, inuenire nequeant, cupiunt Adamus cum Benedicta ac Ioannes cum Anna necnon | Stephanus predicti cum Maria predictis inuicem matrimonialiter copulari. Sed quia Duplici Quarto Consanguinitatis uel affinitatis | gradu inuicem sunt coniuncti uel se attinent, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque || Sedis apostolice dispensatione. Supplicant igitur humiliter Sanctitati Vestre oratores predicti, quatenus cum eisdem oratoribus, Quod impedimentis duplicis | Quarti Consanguinitatis uel

(168) Additio marginalis de manu f[rancisci] subd[atarii].

(169) Verba « et committatur ordinario cum clausula : si per delegatum » delevit idem f[ranciscus] subd[atarius].

(170) In margine nomen scriptoris « Marmier ».

(171) Quando sermo est de duabus diocesibus, scribuntur litterae initiales utriusque diocesis; si vero plures in textu habentur dioceses, tunc in margine initialis littera primae tantum diocesis notatur cum « et A[liarum] », prout hodie adhuc mos est in Curia Romana.

affinitatis gradus huiusmodi non obstantibus, matrimonium inter se quisque publice, servata forma | Concilii Tridentini contrahere illudque in facie ecclesie solemnizare et in eo postmodum remanere libere | et licite ualeant, dispensare prolem suscipiendam exinde legitimam nunciantes dignemini de gratia speciali, | non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis. || Concessum ut petitur in presentia Domini Nostri Pape. F[edericus] Caccia (172) | Et cum absolutione a censuris ad effectum. Et de dispensatione, nunciatione alijsque premissis ut supra latissime extendendis. Et quod | necessariorum maior et uerior specificatio et expressio fieri possit in literis per officium minoris gratie separatim expediendis. Et | pro oratoribus Compostellan. diocesis committatur Archiepiscopo Compostellano, pro oratoribus Bracharen. diocesis | committatur Archiepiscopo Bracharensi, pro reliquis uero committatur Episcopo Conchensi siue eius officiali, qui de predictis etc. || dispenset ut supra. Concessum. F[edericus] Caccia. | Dat.

50. Reg. Suppl. 7023 f. 211. — L. Franciscus Columna. (173) — Liber Duodecimus Secretorum Anni XXIV. Sanctissimi Domini Nostri Pii Pape VII. — 1823, Jul. 31. *Matrimonialis.* B[ergomen.] — Beatissime pater, Ioannis Mazzoleni laici et Lucie Bonaiti (174) mulieris Bergomensis, quod | Ipsis alias scientibus se Secundo in linea consanguinitatis vel etc. attinere; orator pluries etc. cognovit etc. opportunis. || Concessum de Speciali Mandato Sanctissimi. A[tto] Subdatarius. (175) | Et cum absolutione etc. per Breve Sanctitatis Vestre et committatur Episcopo Bergomensi sive etc. Oratores pauperes etc. Concessum. A[tto] Subdatarius. | Dat. |

1823, Iul. 31. *Matrimonialis.* V[iennen.] — Beatissime pater, Iosephi Kratzer laici et Anne Marie Farit mulieris Viennen. diocesis in Austria, | quod Ipsis alias scientibus se Primo et Secundo, quia alias dicta oratrix predicti oratoris || Patrui seu Avunculi etc. uxor extitit, affinitatis etc. attinere. Orator pluries etc. cognovit etc. opportunis. | Concessum de Speciali Mandato Sanctissimi. A[tto] Subdatarius. | Et cum absolutione etc. per Breve Sanctitatis Vestre etc. et committatur Archiepiscopo Viennensi sive etc. Oratores pauperes etc. Concessum A[tto] Subdatarius. | Dat. |

1823, Mai. 25. *Coadiutoria.* C[omen.] — Beatissime pater, cum deuotus Sanctitatis Vestre Orator Florianus Molo Presbyter ac Canonicus secularis et in Insigni || Collegiata Ecclesia sanctorum Petri et Stephani Oppidi Bellinzona in Dominio Hel|vetie Comen. Diocesis in sexagesimo primo sue etatis Anno constitutus ob in|gravescentem etatem huiusmodi ac varias, quas etas ipsa secum afferre solet et | ipse patitur sui corporis infirmitates, de cetero eidem Collegiate Ecclesie ratione | illius Canonicatus et Prebende, quos ab Annis quatuordecim obtinet et divinis per se || ipsum, ut par est, deservire oneraque sibi illorum (del. « sibi ») ratione incumbentium | sufferre non possit, proindeque ac certis aliis ex causis animum suum moventibus | plurimum cupiat devotum etiam Sanctitatis Vestre Oratorem Ioannem Fratacolla Presbyterum | Come(n) Diocesis, in Vigesimo octavo sue etatis Anno constitutum, de cuius fide etc., | in Coadjutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et Administratione dictorum || Canonicatus et Prebende cum futura in illis successione per Sanctitatem Vestram et Sedem predictam ut infra | constitui et deputari. Supplicant igitur humiliter Sanctitati Vestre oratores predicti, quatenus felici dictorum | Canonicatus et

(172) Creatus cardinalis 1695 (tit. s. Pudentianae). Moroni, Dizionario VI, 187.
(173) Scriptor huius quinterni.
(174) Del. « et Lucie ».
(175) Attone Benigni. Notizie per l'anno 1823 dedicate al.. cardinale Antonio Pallotta. Roma (Cracas) p. 84.

Prebende successui in premissis opportune providentes eisdemque oratoribus et | eorum cuilibet specialem gratiam facientes, predictum Ioannem dicto Floriano, quoad vixerit ac | Canonicatum et Prebendam predictos obtinuerit, in Coadiutorem perpetuum et irrevocabilem in || regimine et Administratione dictorum Canonicatus et Prebende illorumque bonorum et jurium que in | spiritualibus et temporalibus cum plena, libera et omnimoda potestate faciendi, procurandi omnia | et singula, que ad huiusmodi Coadiutoris Officium de jure, usu etc.(176) poterunt quomodolibet in fu|turum, ita quod Coadiutoris Officio huiusmodi durante dictoque Floriano a predicta Collegiata | Ecclesia absente vel apud illam residere nolente vel non valente, dictus Ioannes vice || et loco dicti Floriani tanquam dicte Collegiate Ecclesie Canonicum Coadjutorem | apud illam personaliter residere illique in divinis ac aliis deservire, stallum ⌐ que in choro ac vocem et votum in capitulo...

(176) id est : « spectant et pertinent ac spectare et pertinere ».

ADDENDUM ET CORRIGENDA

P. VII, l. 4 adjungas velim: Pontifex interdum « absque bulla aut alia signatura » (Reg. Vat. 545 f. 18) suos referendarios eligebat, qui ... ampliarunt,

P. V, l. 13: (vide tab. 13).

P. VI, l. 9: ad annum septimum

P. VI, annot. 12: Pyrrhus Corradus,

P. XII, l. 10: haec est:

P. XIV, l. 8: Lugduni

P. XIV, l. 15: Schmitz -

P. XVI, l. 31: 50 lin. 22.

P. XVI, annot. 90: G(ratianopolitan.)

P. XVII, l. 8 et 18: Guillelmus

P. 9, l. 10: Reg. Suppl. 417

P. 10 l. 11: *Absolucio.*

P. 12, l. 25: A. Cor

P. 18, annot. 84: omissa

P. 19, l. 23: *forma*

P. 25, annot. 120: I[ohannes]

P. 29, lin. 11: annuam

DESCLÉE & C.
PIAZZA GRAZIOLI N. 4
ROMA 117

208
K 158
25996
KATTERBACH, BRUNO, O. F. M.
AUTHOR Specimina Supplicationum ex Registris Vaticanis, p. I & II.
TITLE Subsidiorum Tabularii Vaticani vol. II extra

DATE DUE	BORROWER'S NAME
	STORAGE - CBPL

25996